

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corps.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber decimusoctavus, De cultu

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-914

reges multa quotidie noua tributa imponunt suis populis, ne hiscente quidem Pontifice. Præterea, non tantum non prohibet, sed etiam permitit: testibus Matthæo Paris, & Westmonasterensi. Itaque non prohibet absolute, ne imponant tributa: sed tantum se inconsulto. Denique, ipse Papa suos subditos quotidie grauat nouis exactionibus. Et regibus in suis regnis quoties permisit decimas? quoties cruciatas? & similia. Dum tamen ad ipsum pars aliqua rediret: ut vere vtrinque mercatores agnoscas.

IX. Non permittit vendere spiritualia. Primo id sit, non vt ne vendantur spiritualia; sed vt ne quicquam vendat, prater sc. Deinde etiam aliquando permittit, vt nostro seculo regibus Galliæ, & Hispaniæ saepius concessum non decimas tantum ab Ecclesiasticis sumere: sed etiam ad certam summam distrahere fundos.

X. Non permittit vxores repudiare, alias quee inducere. Falsum: prohibet enim lege viuversali: vt specialiter postea dispenset. Sic Alexander Lucifer & permisit etiam tertium maritum. Et quoniam Henricus Rex Anglorum suam vxorem vt repudiaret, à Papa bullam postulasset, ille hærens interfascrum & laxum, vt loquuntur, quum & Carolum Imperatorem metueret; & non auderet Henrico denegare, rem in longum tempus differebat, tandem viclus importunitate, Cardinali Polo bullam tradit, mandans vt pro rerum, temporumque necessitate, vteretur. Hoc rex, quum rescississet, putauit sufficere, quod esset scripta bulla: itaque nodum, quem non poterat soluere, sci-

dit. Et quid eum in hoc negotio speremus non facturum, qui Regi Hispaniarum concessit sorores germanas sibi copulare?

XI. Sed reges omnium postremi ad fidem Christi venerere. Quasi nos de fide Christi loquamur: & non de perfidia Antichristi Imperatores Romanos vexarunt, Sane, inquam, Christianam, Romanam Ethnici. Quid hoc ad Papam? Imo, inquit, etiam Constantinus, Julianus, Valens, Anastasius. Imo Romanam non magis quam reliquias. Imo reliquias magis quam Romanam. Et tamen nondum Roma Antichristi reuecati ledes. Nec vero Romanam sedem Theodosius affixit: sed Romanum Imperium, in cuius ditione tum erat Roma. Et in Romae ruina, passus est Papa: sed per accidens. Alioquin Theodosius contra Papam nullum proprium bellum erat. Longobardos Reges multo magis affixit Papa: quam hunc illi: suscitatis Francos, in eorum ruinam. Nam quod de Germanicis Imperatoribus dixit, certum est indicium Antichristianae tyrannidis, ut docimus precedentibus libro: quum non illi in Papae ruinam armarent se: sed contra Papae in eos classicum canerent, ut omnibus modis pessundarent id, quodcumque reliqui erat Imperioriae potestatis: quod etsi longe minus esset, quam olim, tamen multa adhuc vindicabat sibi in Italia: etiam in vrbe Roma: Papa autem sibi tantumdem eripi credebat. Itaque non quieuit, donec votorum compos factus est: ut plene Antichristianum exer-

Roma. Papa autem sibi tantum dem eripi credebat. Itaque n-
quieuit, donec votorum compos factus est; ut plene An-
tichristianismum exer-
ceret.

FINIS LIBRI DECIMI SEPTIMI.

LIBER DECIMVS OCTAVVS.
DE CVLTV.

Caput Primum.

D E C V L T V.



B S O L V T A E sunt controverſiae
pertinentes ad Trinitatem , & In-
carnationem. Sequuntur, quæ ad
Dei Cultum. Sic enim pollicitiſu-
mus. Et quidem Cultum, generali-
ter appellare conſuetudo eſt om-
nem honorem ab inferiori perſo-
na debitum, p[re]ſtitum veſuperio-
ri. t[er]tius a[ve]nus r[ati]o i[n]tegris i[n]ſtitutis
x[er]cu[ti]o d[omi]ni regi t[ri]nitiatis, inquit
Clemens Stromateon 7. Honorabi-
le exiſtimatur quicquid eſt preſtan-
tia, & pro dignitate honorandum.
Sunt eius tres, ſive actus ſive gra-
dus. Primus ad intellectum perti-
net, quum concipiatur animo cuiuspiam p[re]cellentia, ſive dignitas maior.
Secundus ad voluntatem, quam ei cuius dignitatem animo concepimus,
inclinamus, & tubiſcimus, comparantes nos iamque componentes ad te-
ſtandam rebus ipsis obſeruantiam. Tertius exterior, quum per actiones
quasdam corporis quempiam colimus. Horum graduum, primus conſiste-
re potest abſque reliquis. Sic enim vel Diaboli intelligent Dei infinitam
maiestatem, cui ramen honorem non deferunt Secundus abſque primo eſ-
ſe non potest: ſed abſque eo Cultus non conſiftit: itaque hic gradus & eſſen-
tialis eſt, & maxime proprius cultui. Nam eo ipso, quod cuiquam voluntas
ſubiicitur, & colitur: nec colitur, niſi id fiat. Tertius autem adeo non eſt aut
eſſentialis, aut proprius cultui: vt & abſque eo cultus eſſe poſſit: & poſſit i[n]
p[ro]prio non tantum fine cultu, quomodo dictum, *Labiis me adorant, cor autem*
coron[um] procul eſt a me: ied etiam cum iſtrione, vt quiuin illi genuflectentes,
Christum alapis cædebat. Atque haec non ſunt controverſia: nam & Bellar-
minus ſic docet: & Gregorius de Valentia. Sed & Cotonus.

II. Iam vero præcellit omnia, quæ unq; sunt, quæ unq; cogitari possunt: estq; vna & simplicissima, nec potest dimidi aut distingui in gradus speciesve. Itaque, cum Deus distinguitur in tres personas, tamē honor personis debitus non distinguitur: sed æquali honore, Pater colitur, & Filius, & Spiritus sanctus: nam tuus es in eodem consequens est.

III. Dignitas creata ea est, quæ in Creaturis consideratur, comparatis inter se, non autem cum Deo. Nam Deo quidem omnes sunt inferiores: & quidem ita ut nulla sit *omnis unitas*, sed tantum *unitas angelorum*, ut loquuntur in Scholis: hoc est, ut dignitas cuiuscunque creaturæ neque numero, neque genere eadem sit cum Dei dignitate. Nam finitum nullum habet eandem definitiō-
nem cadere potest cum infinito. Sed si duntaxat per similitudinem quandam quasi affinis. Inter se igitur creaturæ comparatæ, aliae sunt alii digniores: idque vel per naturam, vel per gratiam. Per naturam, Angeli hominibus. Per gratiam, iij qui cum per naturam etiæ quales essent, tamen aliquid præter illam acceperunt, quo cæteris præferuntur: ut in politia, magistratus præfe-
runtur populo: ut in Ecclesia, fideles insidelibus: in celis etiam Angeli beati, Angelis Apostatis.

IV. Tum autem creata dignitatis gradus esse varios nihil prohiber. In politia magistratuū alij alii superiores sunt, Petrus. i.e. prior. Sabiret, estote

cuius humana ordinatione propter Dominum sive regi, & qui supereminet: sive
praeſidibus, & qui per eum mittantur. In Ecclesia non tantum, primo Apoſtoli:
li: deinde Prophetæ: Terrio, Doctores, duodecimo prioris ad Corinthios:
ſed etiam varia chariſmata, vt in uno corpore varia membra: atque adeo a-
liis honoraria. Quid: quod inter decim illos Paulus agnoscit: & q-
uod tu agnoscit: & tu agnoscit denique tuus inter alios decim illos?

V. His positis, quis non videt sequi necessario, varios esse gradus honoris? Nam colendus Deus est: nec id quisquam negat, nisi qui idem Deum funditus neget. Colendus autem honore eximio, ceterosque honores longe superantes: sic exigente eius dignitate. Et quia post Deum, sive sunt inter Creaturas differentiae, primo Angelorum, quos natura prærogativa prætulit hominibus: tum etiam hominum, quos Deus variis distinxit in qualitatibus: consentitur item in hoc, esse quandam cultum à creaturis inferioribus debitum præceleratibus. Nec defunduntur Angelorum ab hominibus, aut hominum ab aliis cultorum cum exempla, tum præcepta sacra.

VI. Atque haec tenus consentiunt Catholicis Papistis. Deinceps contencio erit. Et primo de calumniis: deinde de ipsa doctrina.

C A P. II.

De Conuictis in Sanctos generatim.

I. **C**Alumniis grauant ergo Papistæ Catholicos suo solemini more : & quod negent Sanctos vilo honore afficiendos: Et quod eos de contumelias afficiant. Honorem omnem Sanctis denegari Bellarmius à Calino queritur de Sanctorum beatitudine cap. vndecimo , *Ca* annu (inquit) libri primi *Institutionis*, capituli que vndecimi paragrapho primo & cundo, non patitur ullum custum exhiberi *saintis Angelis* , vel hominibus defunctis, neque parvum, neque magnum. Addit seie calumniae comitem Feuardentius Theomachia libro nono capite vigesimo tertio. Calinus & fraterculi eius, inquit, negant fas esse Angelos honorare, nendum invocare: Et eis libri Institutionis I. cap. 14. Similiter Lorichius heresi i. de Sanctis Dei in Fortalitio, Sanctos, inquit, *De non esse peculari honore coelestis, docent omnes hodierni heretici.*

II. Respondeo, nihil hic esse præter monachalem impudentiam. Respondeo, inquam, nihil horum à Caluino, à nobis dictum, cogitatum. Et quidem de Angelis, quid habent excusationis? Nam decimum quartum illud caput libri primi Institutionis, hoc habet diserte, *Nous enim aquum est sine honore præterirea instrumenta, quibus numeris sui presentiam specialiter Deus exhibit.* Ita, inquam, Calvinius de Angelis. Et assertat quidem omnem honorem ab eo Angelis denegari? Bellarmius autem impudentior, qui eos locos citat quibus nullum est verborum vestigium, vnde colligas nullum honorem, neque magnum, neque paruum, quem ille sic, tam sollicite nominauit.

III. Quid ergo? Nimirum locis à Bellarmine citatis disputat contra Papisticam ~~æternae regni~~ distinctionem, tum à vocabulis tuis à reip. Nath

LIBER DECIMVS OCTAVVS, CAP. II.

379

Nam vocabulorum eam vim esse, ut dicitur plus quam aetate: itaque illam absurde creaturis tribui, hanc Deo: cum contra potius debuerit: Deinde, In re, inquit, attendat discrimen, ut habeantur veteribus idolatria dissimiles. Significans ridiculam imposturam eorum, qui in re pari variorum vocabulorum praestigiis ludunt. Aliquot retro seculis (inquit) sancti qui hac vita excesserant, in Desociationem emicunt sunt, ut pro illo & coherentur, & inuocarentur, & celebrarentur. Neque alter c. 14. §. 10. occurrere satagit superstitione, qua obrepere plerumque solet, ubi dicitur, Angelos nobis omnium bonorum ministros esse ac prabitos: nimirum, ut concludatur, nihil non honoris illis def. rendum. Hæc Caluinus & asserit & disputat. Videant Papistæ, quantum sibi Idolatria notam inuertat, quum eos, qui nolunt honores Angelis, Sanctisque tribui, qui debentur Deo, aequaliter quasi omni cultum Angelis, Sanctisque denegantes. Non posse sunt enim ipsi effugere, quin eo ipso conuincantur argumento, aut iisdem nullum cultum deferre: aut certe eundem illum deferre, qui Deo deberetur. Sed hos calumniatores, si res ipsa accusat; at Caluinum veritas plus satis turbatur.

IV. Sequuntur contumelias: quarum argumenta competio esse duo: unum generalius, alterum magis particulare. Bellarminus prefatione in controuersiam tomij 1. De Sanctis hominibus Testamento Noui, primum scurriliter nugatur, eos, si preces mortali exaudire debeant, tam longas aures habere oportete, ut a coelo vsque ad terram porriganter. Deinde eosdem per contemptum, nunc homines mortuos, nunc umbras, nunc larvas, nunc etiam colluuiem nominat, in Institutione libro 3. c. 20. §. 27. In libro autem, quem inscriptis de Vera Ecclesia reformatio ratione, etiam monstra, carnifices, & bestias appellavit. Et hanc eandem cramben recouit cap. 16. & 20. libri de Beatitudine sanctorum. Plurimi etiam aliud exprobant, siue ab his ille, siue ab hoc illi sumperferint.

V. Verum hic aliud est nihil praeter meram maledicendi κακονθειαν. Nunquam Caluinus, aut quisquam sanus, de Sanctis viuis, nedum de vita sanctis, loquutus est insolenter, aut indecor. Institutionis libro 3. c. 20. §. 24. quum ageret contra Papisticam sanctorum invocationem, Quis eo usque longas illis esse aures revelatur, que ad voces nostras porriganter? Hæc Caluinus, irridens ineptissimam superstitionem studiorum hominum. Enimvero quis fanciuit, scommata nulla faci posse in eos, qui temere de rebus sanctis garrunt, quin violentur res ipsæ sanctæ? In summa negare voluit Caluinus, sanctos audire preces nostras. Longas autem nominauit aures, exproverbiali tropo: quo sicut reges longas habere manus dicimus, quorum autoritas longe lateque producitur: Nec tamen Reges omnes Longimanos Artaxerxes facimus: sic aures ii longas, qui sonos a se longissime difficiunt, capiunt. Sunt igitur nequissimi Papistæ qui id quo suam haeresin lancinari sentiunt, in sanctos velint torqueri: non autem blasphemus Caluinus, qui mordaci sale perstrinxit, quod tam proculabit, ab omni non pietate solum, sed etiam ratione.

VI. Mortuos homines, sanctos appellavit. Ita sane: & cur non vocat, qui re vera mortui sunt? Quos & Scriptura, & Patres, & Papistæ ipsi sic appellant? At per contemptum Caluinus? Ita-ne? Locos oportuit notatos: non absque vila probatione nudam calumniam effutire. Nam ego quidem contra inuenio. Eodē Institutionis capite §. 21. Quod ad sanctos attinet, inquit, qui carne mortui in Christo viuunt. Et tibi mortuorum nomine: Quis tam est Sycophanta, ut detorquet in contemptum? Neque illus contra locus a quoquam proferi potest. Fator vero sanctos mortuos, se pessime appellatos: & hoc fortassis dolet: non absolute sanctos nominati. Sed Caluino cognita erat Scriptura phrasis, qua sanctos, ut plurimum eos qui sunt in viuis nominant, vix qui denati: & sicut statum controversit cum Papistis esse, non utrum sancti sint orandi: quod de viuis prolixè conceditur: vixque habet periculum superstitionis: sed utrum sancti, qui carne mortui sunt: quod nunquam factum absque idolatria: arque eo, quum virginis videant boni isti viri, huc deuenient, ut diserte negent sanctos dicendos mortuos: quod alias videbimus. Sed non si Papistæ in suis ineptis luxuriantur, ideo Caluinus blasphemus est.

VII. De umbris quid dicam? Hic vero cæcum stupiditatem mirer, an horream? Hoc potius. Nam quid mirum in tanta mentis άστροφη? At umbras Caluinus sanctos nunquam appellavit. Quid ergo? Quum quereret: qui relcirent sancti, qua hic geruntur, Nugantur, inquit, in suis umbris nescio quid de fulgore diuini vultus ipsos irradiante, in quo ceu in speculo, res hominum ex alto despicant. En tibi occasionem calumniae: quia umbras legerunt: sanctos putarunt ita significatos: digni Sycophanta non suis umbris, sed perpetua nocte, quandoquidem sibi sponte oculos excavant. Nam alioquin si sanctos umbras intellectexisset, cur ipsos postea dixisset? Sed non opus est argumentis. Saltem legissent Gallicam eius loci versionem, autore ipso Caluino, Les Sophies babillent ie ne scay quoy en leurs Escoles. En tibi quid umbras appellari: non ipsos sanctos: sed otiosissimas illas scholas, in quibus Papistæ inconsiderate blaterant. Sic isti noui Nicharchi φάνταστας.

VIII. Reliqua deinceps paulo plus habent coloris. Colluuiem, larvas, monstra, carnifices, bestias nominauit, fator: nomina dura, & rara. Quid tum? Blasphemus igitur in Sanctos. Sane, inquam, si in sanctos. At hoc falsum. Nam dixit in Papistis a Idola. §. 25. eiusdem capituli, indignatus eos, qui praetextu Abrahami, patronos sibi adsecent sanctos, in suis tamen patronis nunquam Abramum nominare, sed infinitos alios minutulos, cum Abrahamo ne comparando quidem. Ex qua, inquit, collusus sibi aduocatos sumant, minime ignotum est. Abraham, quem Deus alius omnibus præstulit, & quem euixit in summum honoris gradum, negligi ac suppri mi, quam conscientem sit, mihi respondent. Senlus est, apud Papistas intercessorum numerum augeri etiam magno hominum numero, qui Abraham comparati, mera sint colluuii. Nimirum Franciscos, Dominicos, & recentiores omnes intelligens: maxime illos minorum gentium. Nam quis nescit abundare Calendarium Romanum minutulis nominibus, vix extra parcerias suas cognitis? Quis nescit multos induci in viuis? Quis ignorat multos hic illic coli nullo in Calendario notatos? Certe in terra Rhodani, Valentia Cavarum paucis militibus abest Iosserandus, quem sui fatentur non esse in catalogo. Denique, quis non legit apud Bellarminum, sanctos non canonizatos priuatim posse coli? Et non ista sufficiunt Calvino, ut merito dicar, etiam ex colluuiis hominum sibi idololatra perete patronos? Quid si Gaignefortum nominem apud Anitientes superstitiosorum aciculis diuitem? Quid Genesum celorum tympanistam: ita enim vulgis appellat. Quid si Gingolfum addam, nulla re nobilem nisi exercitatis ani crepitibus? Dubitem-ne dicere, si Papistæ stolidissimi sunt, non tantum Caluinum in sanctos esse iniurium?

X. Venio ad larvas. Colligimus (inquit Caluinus §. 27.) nihil eos Christo reliquum facere, qui pro nibili ducunt eius intercessionem, nisi accedat Georgius, & Hippolytus, aut similes larvae. Non ergo sanctos: sed Georgium vere larvam: atque ita larvam, ut non possint Iesuitæ, non possit Barenius, non refugere ad allegoriam: de qua dixithus libro 2. tomij 1. Additur Hippolytus: ille scilicet, quem fingunt ab equis disperptum, solo teste Prudentio, qui sibi in pœnæ gratiam nonnulla permittit, & ut loquitur Bellarminus capite decimo octavo, libri secundi de Purgatorio, iudicis more poetico. Atque adeo Baronius in Martyrologio tum trigesimo Ianuarii, tum decimo tertio Augusti, notat eum extricandi Hippolyto unum facie. Quum ergo tam incerta sit Legenda, creditit Caluinus Hippolytum aequem cum Georgio larvam esse: & est fortasse. Itaque non propriea in sanctos iniurias.

X. Sed de monstribus, carnificibus, & bestiis, quid dicimus? Domini-cum (inquit Bellarminus) carnificem, Medardum & quosdam alios bestias: Sanctos vero generatim monstra appellat. Atqui de monstribus mentitur pro sua finiceritate Cardinalis. Recito Caluinum locum, ex libro de ratione reformatæ Ecclesiæ. Si solos Prophetas, & Apostolos euherent ad hunc honorem, acriter intercedere deceret, ne ex sanctis Dei ministris idola ferent: nunc ad hanc impietatem accedit nimis insulsa absurditas: quibuslibet enim patronis suis dies festos assignant. Multa porro sunt tempora Catharina dicta, vel Christophoro, vel aliis fictitiis nominibus. Catharina autem Christophori precibus, ut inueni plebs huius loci, à Domino postulabit. Itane cum Deo ludetur, ut, qui nulli unquam fuerunt, obtundantur ad Deum exorandum patroni? Talibus monstribus qui fomenta suppeditant, gustum-ne aliquem unquam habuisse credendi sunt seria, sinceraque Dei intentionis? Omitto Dominicum, & similes carnifices: Omitto Medardum, Lubinum, & similes eius bestias. Quis enim finis esset si singularis labyrinthi ambages excutere vellent? Haec tenus Caluinus: declamans in Intermissionis Mediatores, qui sic reformari volebant Ecclesiam, ut tandem retinerent, cum alia plurima, tam dies festos cultui defunctorum dicatos. Vrget igitur argumento à maiori. Si ne Apostolis quidem dicati festi dies ad eos inuocandos tolerandi sunt: multo minus qui dicati sunt iis qui cum Apostolis nulla parte sunt comparandi. Antecedens probat, à periculo Idolatriæ. Consequens per le nota est. Restabat ergo probandum consequens: nempe dies festos papisticos iis dicari, qui cum Apostolis nulla parte conferendi sunt. Id sit dupli iter. Primo, quia festi illi dies dicati sunt quibuslibet, qui nunquam extiterunt: ut Catharinæ, ut Christophori. Atque hic monstri nomen. Et quidem non de Catharina, aut Christophori: sed de ea prodigiosa stupideitate, que sanctis ficticiis dicatis dies festos in Ecclesia. Quod certe instar monstri est. Quanquam etsi dicteret de Catharina, & Christophori, quid peccaret? Non certe in sanctos: quia illi sancti nulli sunt. Et tamen, sanctos generatim monstra appellat, inquit, bonus Bellarminus. Quam religiose! Cardinalem facile agnoscas: agnoscas Iesuitam.

XI. Carnificem Dominicum cur non vocet? Authorem: aut si non autorem, certe instigatorum, incensorumque nefandissimi illius in Albigenses bellis, quo extincta sunt tot hominum milia: ut alias docuimus? Enimvero non tantam stragam Alexandriae olim edidit Georgius, ille Capadox, quem tamen Baronius cap. 10. de Martyrologio exscrutandum carnificem appellat. Lubinum, Medardumque bestias cur appetit, fateor: ignorare: nisi forte ea causa est, quod nostri Galli utrumque nomen deridiculo habent, in proverbialibus dicti: quod indicio est: minutulos aliquos sanctos esse: cum eorum ridicula aut fuerint, aut facta sint nomina,

C A P. III.

De Conuictis in Angelos.

I. A Tque haec tenus de contumeliis generalioribus. Nunc de aliis quas particulatim colligunt. Nam Caluinus non contentus (inquit Bellarminus) iis conuictis, quibus sanctos omnes vexat, qui post Christi adventum floruerunt, etiam ad eos lingue suæ flagellum extendit, qui multis seculis eiusdem Salvatoris aduentum praecesserunt. Et Feuardentius c. 1. lib. 9. Theomachie. Autores vestri quum de veteribus Patriarchis atque Prophetis verba faciunt, omne genus contumeliatum, & opprobriorum convergent in eos, quæ vix in ergastulo crucis candidatus pateretur. Stringunt etiam suæ maledicentia tela in Ioannem Baptistam: non immunes habent beatos Angelos: non beatissimam Deiparam Virginem. Graue crimem: si est admissum. Itaque necessario aut purgandum, aut damnandum. Sed tantam, tamque atrocem accusationem, quæ probant? Videlicet collectis variis locis vbi notantur, aut notari finguntur quædam eorum sanctorum peccata. Quasi hoc argumentum vñ: Quicunque sanctorum peccata obleruent, ita de sanctis contumeliosæ loquantur. At vos sanctorum peccata obseruatis: Ergo loquimini de sanctis contumeliosis.

II. Respondeo, peccata illa, vel fallo obici, vel vere obseruari. Si falso obiciuntur, concedi potest esse contumelias. Quanquam poterit etiam interdum venia dari infirmitati humanae, quam suum iudicium non raro decipit, ut pro peccatis ea obseruerit, quæ re vera peccata non sint. Sed hoc tamen nihil ad nos. Sin autem vere obleruantur, rursus distinguo. Si enim malo animo, charitateque Christiana vacuo obseruantur, fator esse contumeliam. Sin autem sincere, & animo candido ac Christiano, soliusq; veritatis, & iustitiae amore, cum vero calumnia nulla esse potest. Alioquin ipse Spiritus Dei dicendus est etiam contumeliosus, quod est horrendum cogitatum, qui non tantum improborum hominum sceleris describit: sed etiam priorum lapsus notavit: Noachi ebrietatem: Lothi incestum: Daudis homicidium, & adulterium: Solomonis idolatriam: Petri abnegationem: similia plurima.

III. Neque vero dicat quisquam, Spiritui sancto id licuisse, nobis

non licere? Nam Chrysostomus homilia 27. in Matthæum, non tantum recenset, sed etiam exaggerat Davidis peccatum, quam potest maxime. *εἰς τοῦ εἰς εἰσιτεγμένου Δαυΐδος ἐσικρόνολιγεῖται τὸν τοῦ πατέρος νοῦν δὲ καὶ πάτερον διεπειπεν.* Non sumus perfectiores nos quam David, qui parua negligentia in profundum peccati decessus fuit. Hem Chrysostomi *παραπλησία!* Proh quantis excipiendam probris, si nobis excidisset! Profecto si Caluind accidisset vsq: am scribere Davidem, aut quemcumque sanctum decidisse in profundum peccatorum: ne salus quidem ipsa eum seruaret, Pa-pistis iudicibus. *Τι γὰρ τὸ αἴρωντα εἰς πέντε ωρὰς, οὐ μοιχεύει τοιούτοις ζητεῖσθαι;* Quo igitur morbo detentus fuit? Adulterium patrauit, & homicidium. *εἰδει γὰρ οὐκαλύπτομεν λαμπτεῖσθαι τοιαύτην στατηγήσασα φωνὴν.* Non enim vereor magna hec vocem publicare. *Ἐγένετο τούτην τὴν ἀγορὰν τοῦ Σοφοῦ τοῦ αἴρωντος πεντεών τοῦ ιστοριῶν,* τολμῶ μέλλω εἰς τὸν μέλλοντα πονητὴν καθέρην, *ἀλλὰ τοῦτο επεριπλέκειν.* Nam si Spiritus sanctus non putauit in eo, deindecum nullum esse. Si tota historia hac proponatur, mulio minus nos ullis umbribus velare oportet. Propterea hac non tantum predico: sed etiam aliud addam. *εἰδει γὰρ οὐκαλύπτομεν τοιαύτην τοῦ αἴρωντος πονητὴν τοῦ εγκλημάτου.* Quid addam igitur? Virtutem virtutis: quia longe gravius peccatum efficit. Et pergit multis verbis peccatum Davidis exaggerans atque amplificans.

IV Cum possint igitur obseruari a nobis peccata magnorum olim virorum, constat non necessario de sanctis contumeliose loqui, quicunque ea peccata non prætereunt aure sorda. Itaque distincta in eum modum syllogismi Maiore: tota deinceps controuersia erit in minore: In cuius examine duo erunt attendenda, unum, sit-neid quod in sanctis consideratur, peccatum aliquod. Nam si sit, constat non dissimulandum, alterum, quo id ipsum animo consideretur. Nam si, ut sancti probro afficitur, nemo non damnabit. Sed posse etiam pertinere ad eorum laudem, ipsæ testis Chrysostomius cadem homilia. *Ὅτι ταῦτα κρίνεται, οὐτε μάλιστα τούτων οὐδὲν εἰς τὴν εἰς τὸν θεόν προσεκάλυψεν.* Quicunque hac peccata oculunt, *ii maxime obscurant virtutem Davidis.* His positis incipiam ab Angelis: inde ad Sanctos veniam Testamenti Veteris: tum ad Noui.

V. De Angelis igitur. Mirarer, (inquit Feuardentius Theomachiz libro 9.c.19.) si spiritus Angelici, qui semper vident faciem Patris, qui in celis est, aculeos Caluinianæ, Bezanæque mordacitatis non persentis, erent. At Catholici mirarentur potius, si Calvinum, & Bezam pias animas Papistæ calumniis non vexarent. Verum hæc mittamus: rem ipsam videamus potius. Ergo Caluinus Institutionis libro 3. c. 14. §. 16. negat Angelos posse satisfacere iustitiam Dei. Et in Iobum sermone 16. Si Deus summo iure cum Angelis agat, inueniet quod in eis desideret: non exstabit in ipsis constans & perpetua firmitas: sed vana debilesque creature deprehendentur. Angelii ipsis Deo satisfacere nequeunt. Deus non reperiit solidam veritatem in Angelis suis, sed stultitiam & vanitatem. Est in ipsis vanitas, & inconstantia, Angelii nihil in se habent, unde possint gloriari. Deus in eis offendit stultitiam & vanitatem. Deus pronunciat stultitiam & vanitatem existare in Angelis, hoc est contagionem & laborem peccati: nec subsistere possent in iudicio Dei, si rigide cum ipsis experiretur, Deus in Angelis deprehendit quod requirat. Angelis qui faciem eius intuentur, non ad eum perfectionis gradum peruenierunt, ut nihil in eis desideretur, si Deus stricto iure cum illis ageret. Et in caput 23. Matthæi, tradit, Angelos cælestes turpitudine libidinum humanarum posse corrumphi ac depravari. Denique in 1. ad Colossenses, obedientiam quam præstant Deo non esse tam perfectam, quoniam indiget.

V. Hem! tam multa Calvinum contra Angelos? Moueant ista sane pueros crepitacula. At viri irridebunt. Quid enim accusant quod? An quod non possint Angeli satisfacere iustitiae Dei? An quod in eis Deus inuenit stultitiam & vanitatem? An denique, quod turpitudine libidinum humanaum possint corrumpi? Nam his tribus capitibus comprehendi posse puto totam hanc accusationem. Jam igitur examino singula, ut conuincam, nullam esse Caluino contumeliam: sed maximam a Monacho impudentiam. In tertio certe merum mendacium. En locum. Exponens verba Christi dicens Scribas & Pharisaeos circuire mare & aridam, ut protelytum faciant duplo nequorem, Tale, inquit, hodie exemplum in Monachis possit esse licet: sedulo enim ipsis undique profelytos corradunt: sed quos ex lascivis & impura vita hominibus reddant prorsus Diabolos. Nam ea est lustrorum, in quibus bacchantur corruptio, qua vel celestes Angelos depravet. Ea Caluini verba sunt. Refutem-ne vterius impudentissimi monachi desperatissimam calumniam? An indicasse sufficiat? Vident enim sani (in quibus vix scio an illus Monachus) non proprie, sed ~~et~~ ^{ad} ~~et~~ ^{ad} Angelos nominatos: ut significaret tantam esse claustrorum corruptionem, ut sufficiat corrumpend's non lasciu's tantum hominibus: sed etiam Angelis: si ea claustra ingredentur. Quis autem non solet his excessibus indulgere? Pronunciavit Paulus anathema etiam Angelis e cælo, si doceant præter Euangelium. Exspecto vos Sycophantes, ut concludatis Paulum blasphemum, qui docuerit posse Angelos vel docere contra Euangelium, vel anathemate feriri. Hoc si non docetis: frustra Caluini nomen rabidissimi canes allatris.

VII. In reliquis capitibus, quæ tanta est iræ materia? Non posse satisfacere Angelos iustitiae Dei. At primum Caluinus dixit non posse respondere. Deinde quomodo intelligit Sophista? An de ea Dei iustitia qua iudicat creaturas suas, ex earum modulo? Hoc, opinor, volunt esse blasphemum. Sed Caluinus non induxit in animum. Relegantur verba, *Vbi Iob dicit: Si impie egi, ut mihi: Si autem iuste, nec sic erigam caput: quanquam respicit ad summam illam Dei iustitiam, cui ne Angeli buidem respondent: simul tamen ostendit, vbi ad Dei iudicium venitur, nihil restare cunctis mortali bus nisi ut obmutescant.* Distinxit igitur Caluinus in Deo summam iustitiam, à iudicio ad quod hominibus venientium. Et illi, non autem huic negat Angelos respondere posse: hoc est, ei iustitiae summa, qua Deus iustus est, pares esse non posse. De hoc autem est: ne quisquam qui dubitet: Monachii fortasse: & inter Monachos Franciscan. At fani nunquam. Itaque non blasphemat hac parte Caluinus.

VIII. In secundo capite non potest tenellus Monachus in Angelis audire stultitiam, vanitatem. Cur non? An quia contagio est, & labes peccati? At hoc falsum: & Caluinus nunquam ita cogitauit, nedū sic loquutus: quamuis inter eius verba Feuardentius ista expesserit: vitio-ne typographico, an propt. o sceleris, non facile dixerim. Iuvō contra commentariis

in caput 1. ad Colosenses , diserte. Illuc id est, in Angelis, nulla defectio : nullum peccatum : ideoque nullum diuinitum , Et non optat Monachus sibi terminam dehiscere ? Tante molis est cucullatum erubescere ! Cæterum Calvinus Jobi versum hunc exponit : Quem sic legimus in Vulgata editione, Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles : & in Angelis suis reperiit prauitatem . Quum Hebr. sit ad verbum , Ecce seruis suis non credidit : & in angelis suis posuit נְתָנָה. Cuius duas partes sunt in priori , Seruis suis non credidit , Calvinus interpretatus est. Non inuenit firmitatem in seruis suis . Non verba numerans : sed sensa ponderans : quod enim cui piam non creditur, id sit ob instabile eius ingenium : aut certe depravatum. At in Angelis depravatio nulla : Ergo instabilitas tantum.

IX. In altera autem parte vox **לְהַנָּה** varie redditur, à quibusdam, **lux**. Ab aliis valde contrario sensu. Et quidem vulgatus interpres durissime prauitatem. Caluinus mollius, *Vanitatem*: non enim prauitatem potuit agnoscere, qui testatur alibi nullum esse peccatum in Angelis. Ergo alterum tantum dubitari potest: vtrum scilicet de Angelis bonis dictum sit, an potius de malis: deinde vtrum lux sit dicenda, an contra. Et de primo quidem scio nonnullos dubitasse: sed quid causa est? Vult enim Eliphaz à maiori arguere hominum vanitatem. Quæ autem vis ea arguendi esset: Deus reperit prauitatem in Diabolis: ergo multo magis in hominibus? Nam hæc comparatio falsa est: quia multo maior corruptio est in Diabolis. Deinde, Angelos copulauit cum seruis Dei: at hi non possunt esse homines, de quibus agitur in apodoſi: Ergo angelis sunt boni. Quia autem verisimile est copulatos Angelos bonos, Angelis malis? Multo verius, idem bis expressum. Denique Angelos Dei, appellatos Diabulos quis putet? Nam etiam proximo capite distinguntur Filii Dei, id est, Angelii, à Satana. De leuce autem, iam non est integrum Papistis dubitare, poit canoniza am vulgarem editionem. Deinde qui sic putant, repertur negationem ex membro praecedenti, vt sit, *Non posuit in Angelis suis lucem*: & interpretantur de defectu perfectionis. Sed si ambiguum est vocabulum, quid peccat Caluinus, in aliam partem propensior? Et si peccat, longe leuius peccat, quam autor editionis Latina, cuius longe durius est vocabulum, vt diximus. Denique nihil Caluinus, præter mentem eius Scripturæ. Ergo aut scripturam reprehendant Monachi: aut Caluinum absoluant.

C A P. IV.

De Conuictis in Sancto Veteris Testamento.

I. **T**ransico ad Sanctos Veteris Testamenti, de quibus nonnulla perstringit Bellatrinus: at plura & fusiū Feuardentius exequitur. Exordium a Noacho, quem horrende & abominandæ desperationis argui notant, cōnienteris in Geneos 6. Necesse erat ut desperatione confusus, salutem suam in arcā includeret. Deinde summæ imprudentia, in caput 7. Omnis consilio destitutus, in arcā se inclusit. Tertio: in caput 9. In turpem ac pudendum modum sui oblitus est. Quarto ibidem: Fædam menis alieniacionem contraxit. Quinto, Deus eternam probri maculam ei inussit. Sexto, Non satis modeste, grauiterque se gessit, quam diras maledictiones in irrisorem filium, velut fulmen iaculatus est. Sepuimo, Nec Moses recitare sufficiunt, quas consumelias, ira & atra bile percitus in eum despumauit.

11. In primo merum mendacium, cura impudenti falsatione, Caluini verba, *Necesse erat ut desperatione alibi confusus, salutem suam fidem in arcum includeret.* Non cucullati sinceritatem. Duas voculas eratis, ut locum faceret impostura. Non enim dictum Caluino, Noachum desperatione confusum simpliciter: sed alibi: id est, extra hanc ynam arcum nihil fuisse unde aliquid salutis sperare posset. Quod quis neget? Quum quicquid extra arcum fuit, perierit. Deinde dictum: *Fide inclusisse salutem in arcum:* hoc est, et si omnia ei certam perniciem minarentur, tamen fidem retinuisse constantem: ut in ea arcula desperaret conseruandum. At certe haec spes, immo haec fides procul abest a desperatione. Destitutum consilio, necio vblegerit Feuardentius: ego certe apud Caluinum non potui. Et tamen quid in eo duri? quid coenitii? Quis enim non videt, fabricationem arcæ, nullum fuisse eius viri consilium, sed Dei monitum? Aufer hoc monitum, tum profecto necesse erit eum efficias tam inopem consilii, quam quamquam eorum, qui aquis resistere, nulla vi, nulla potuerunt industria. Itaque somniant monachi tragedias, qui nusquam sunt.

III. Ad reliqua quod attinet, sic Caluinus, *Sanctus Patriarcha, insignis frugalitatis & temperantiae exemplar, turpem ac pudendum in modum sui oblitus, nudum se in terram proicit, ut pateat omnium ludibrio.* Quid hic rodit Sycophanta? An quod sui oblitum legit? Neget ergo fuisse ebrium. Nam enim aliter ebrii solent. Imo neget, discooperuisse se in medio tabernacula sua. Nisi forte malit, illibata mente, & certo consilio factum: nouo apogia modo, ut quem sui oblitum dici non patitur, cum impudentem faciat. An quod turpem ac pudendum in modum? Euge: nobis monachi honestatem etiam inuenient in illo Noe hi statu: nihil, inquam, pudendum agnoscunt in eo, qui pudenda oculis hominum exhibuerit: tam habent cor modestum: imo quae eis oculorum castitas, sustinerent immortis luminibus hoc spectaculum, à quo Sem & Japhet auerterunt lese. Et que etiam negabunt eam fœdam esse mentis alienationē. Atqui de feeditate, iam dictum. Alienationem mentis, quis negat perpetuam esse ebrietatis comitē? Peterius in 9. Geneseos negat ab ebrietate inquam abesse, cōfusionem animi, perturbationem mentis, & quasi breuem quandam insaniam. Et post, tali Noe fuisse oppressum ebrietate, ut mentis compos non esset. Vere autē dixit Caluinus, Deum ille æternam probri maculā inure. Quid enim est aliud, hec ipsa eius percati testificatio? Nam hac ipsa Scriptura quamdiu orbis erit, tamdiu Ecclesia restabitur, Noachum fuisse ebrium: quæ quidem laus nulla esse potest. Vere ergo Caluinus obseruauit Sed quo animo? An vt conuiuum faceret tanto viro? Imo contra, vocat, *insigne frugalitatis & temperantiae exemplar.* Solent ne ita conuiritatoties? Deinde nunquā dissimulasset vir quisquam bonus, ex eo Noachi peccato, Caluinum ducere seriam admonitionem de vitanda ebrietate, Quanto, inquit, studio colenda nobis sobrietas, nequid simile, vel etiam deterius contingat? Sciamus Dei iudicio Noach prodigium fuisse in theatrum, ut aliis omnibus documenta esset, ne se largiore potu inebriat. Poterat certe venia utcumque dari saneto viro, qui labore defunctus, vini

LIBER DECIMVS OCTAVVS, CAP. IV.

381

Vxorem suam in adulterii periculum coniiciit. Hoc ipse testatur euentus. Nam & sublata est in domum Pharaonis : & eandem Abimelech accepit. oportuitq & illū multis plagis: & hunc somnio moneri, ut eā redderet viro. Quiprætextus adferri potest, ut nullum id sit adulterii periculū? Imo confidenter Chrysostomus in Genesin, homilia trigesima secunda, oī πύροι δίκαιος οὐ αποδίξει μάλα ποτέ οὐεὶς ἐγέρη τοι. μοχύντας εὐθύνεις, Verum-

IV. Refiqua pertinent ad iustum improbissimi filii interpretationem: in qua si Franciscano credimus, nihil est, quod non Caluino displicuerit: ita nec grauiter modesteque se gessisse: nec Mosem sustinuisse recitare, quas ille contumelias despumarit. At ego mirer, si quid adhuc super sit mendaciorum apud inferos, cum tantum exhalatum sit apud superos: si superi Franciscani: & non ipsi iam vestibula inferorum. Saltem eiusmodi nihil est apud Caluinū. Imo contra totus est in refellendis iis, qui hinc occasionem cupide arripiunt eius viri traducendi. Horum primo censuram ponit, Videri posset, Noach quamvis iuflam excandescendic causam habeat, parum tam modeste, & grauiter se gerere. Atque hinc non nihil decerpit Monachus, quasi ea verba Caluinus de suo protulisset: & non tanquam aliorum obiectio nē: quam soluens statim, Atqui, inquit, non refert hic Moses conuictia qua bīle & iracundia percitus euommerit: sed loquentem potius inducit propheticō spiritu. Quare non est quod dubitemus, sanctum virum vere (ut par erat) culpā & seniū humilitatum esse, & probe reputasse, quid meritus esset: nunc vero venia donatum, & abolito reatu prodire diuini iudicis praconem. Os durū Franciscanit! Non sustinuisse Mosem recitare contumelas: & hoc scripsisse Caluinum! Quae nequitia vñquam huic nequitiz par sit, aut etiam similis? Nam Caluinus potius, eo quod nulla conuictia recitantur à Mose, sed potius sermones propheticī, cōcludit Noachum gessisse se & grauiter, & modeste. Quid his faciat, omnia tam malitiose peruertentibus?

V. Noachum Abrahamus sequitur, & Sara. Hos ægre fert Feuardentius à Caluino appellati, mèdætes peruersos, fallaces, fultos, simulatos, ingratos, crudelos, sophistas, adulteros, tenones, idololatras desperatos, peccantes còtranaturæ, & infideles aduersus Deum. Hem criminacionem atroœ! Sed examino particulatum. De idololatria nihil probavit: Sed Bellarminus indicauit Institutionis libri 3. caput 14. §. 11. Eo loco, Dominus, inquit se fidè imputasse Abrahamo in iustitiam pronunciat, non eo tempore quo idolis adhuc seruiebat, sed quum multis iam annis vita sanctitate excelluisse. Vide imposturam. Abrahamum, inquietabat Bellarminus, idolorum cultorem facit. Abrahamum & Saram, inquietabat Feuardentius, idololatras vocat. Quis nō sic intelligat, hanc accusationē ad id temporis pertinere, quum sanctus fuit, & Deo accipius? At id ne cogitauit quidē Caluinus: duo n. distinguit tēpora Abrahami, alterū, quum fuit idololatra; alterū, quū multos annos vita sanctitate excelluit. Quid hic est cō uitii magis, quam, quum Paulus dicitur fuisse blasphemus? Quum Ephesii dicuntur fuisse athei? Quū Cyprianus dicitur fuisse Magus? Nisi forte de Abrahamo falsum. Atqui Josue 24. Dixit Iosue toti populo, Sic dicit Lebona Deus Israelis, ultra flumen habitabāt patres vestri olim: Thara pater Abraham, & pater Nachoris: colebantq; Deos alienos. Sed assumpsi patrē vestrū Abrahamū. Atvis perspicue: patres vestri seruierūt diis alienis: Ergo idololatra. Et quis nō videt, à patre idololatra, haud aliter institutum fuisse filium? Qualis autem potuit esse Abrahā & Nachoris educatio apud patrem suum Thare idolis seruientem, & ut plurimi tradicunt, simulacrorum artificem? Verba sunt Coimæ Magallani in eum Josue locum. Itaque Laban Geneseos 11. Dii Abraham, & Dii Nachor iudicent inter nos, Dii patris sorū. Nam eti nonnulli verrant Deus Abraham, tamen appetet Labanum idololatram iurasse aliter quam per Deum verum: Deinde, dicuntur dii prius nominati fuisse Dii patris eorum, id est, Thare. At Deus Abrahā, non fuit Deus Thare. Itaque non male Caluinus obseruauit gratiam factam Abrahamo, vt ex idololatraficeret fidelis: quam etiam ind cat Josue eodem loco: coluerunt, inquit, deos alienos: verum ego Abrahamum inde assumpsi. Ergo nullum hic con uitium: nullum Caluinii flagitium est.

VIII. Sed paulo post inquit, castitatem pudicissimæ sceminae probri simulat. Grande crimen. Sed quo argumento? Quia notauit multos putare à rege violatam, quum est abducta. Ergo, inquam, id aliorum peccatum est, non Caluinii. Imo, inquit, scipsum in eorū numero esse declarat. Itane? Sed vnde scis? Quia ait: Neque verisimile esse regem pepercisse eius pudicitia, quam haberet in manu, & Abrahamum ita meruisse. Os impudens! sed reproto me: locum recito, Quam abducta fuerit, & in aula habitauerit ad tempus aliquod, multi à rege corruptam putant. Ergo aliorum recitat sententiam: deque ea disputat, vt fiat quaestio: vt rū Sara fuerit violata. Addit aduersariorum rationē à verisimili, & libidine regis. Verū statim, quaestio nem soluens, siue, vt loquuntur, determinans, Id quidem promeruius fuerat Abraham: nimur, qui adeo inconsulte constituerat non profiteri le eius maritum: quo obuiam itum esset huic periculo, vt ex euenu appareret, Sed addit, plaga, qua mox secuta est, satis offendit habitam eius curam fuisse à Domino: & hinc colligere licet intactam stetisse. Ergo hæc contraria affirmatio est. Etsi, inquit, ita Abrahamus meritus erat: tamen Sara fuit intacta. Quo modo autem? Cerra Dei prouidentia. Et in hanc partem disputat prolixius: Itaque cōtra quam blaterat Monachus, ab eorum sententia Caluinus discessit, qui dixerat corruptam: vt nullum sit hac parte Caluinii con uitium, sed magnum cucullati monstri mendacium.

IX. Ad reliquum caput venio, quod est de consilio Saræ ancillam suam Abrahamo tradentis. Hic vero, & rationem alienam à Dei verbo: & in p4 gressu non leue peccatum: & impatientiam orbitatis, & coniugij legē peruersam, & lectum coniugalē pollutum. Et Abrahamum non vacante culpa: & fultū, ac præposterum consilium: & nimiam facilitatem: & claudicantem fidem, vacillantemque: & Dei virtutem alligatan ordinū naturę: & concubinam instar pellicis: & remedium prohibitum. Hic, inquam, omnia, & nonnulla præterea Caluinus dixit, cucullatus traduxit. Sed quanto maior est, laudabiliorque Caluinii sinceritas: tanto monachi impudentior loquacitas, qui recitat tantum, non etiam arguit. Quasi omnes lectors sū speraret similes fore. Auertat Deus omen! & habeat adhuc mundus aliquos, à quorum neque fronte pudorem cucullus extriuerit, neque capite

VI. Nec venit in mentem foli Caluinio. Praeios habuit veteres: assentientes etiam recentes. Philonē libro de Abraham: Ταῦτης τῆς δόξης συντάξεως, καὶ καλοῦ Κασιμόνον πατέρα καίσονον. ὥσπερ εἰς οὐρανὸν αἰσιότερον τὸ τῆς ψυχῆς ὄμοιον, καὶ παθαρὸν αὐγῷ μετ' οὐκότεροις βαθεῖας βλίσσειν δύξειμό θέλομεν. Οὐ τούτην τὴν φύσιν, Huic opinioni, (nimurum quod astris imputat omnia innutritus, cum multo tempore Chaldaean egisset, Et tanquam ex profundo somno aperto mentis oculo puram lucem pro altis tenebris cœpisset contueri, asestas est lumen. Cytirrūn Alexandrinū sermone Paschali 4. Χαλδαῖος καὶ θεος ταύτης κανονικαὶ φύσις οὐδὲν μέρος, Εἰ τοτε τοῦ θραυσμός τούτου εἰδότες τὸν κατ' αὐτήν θεόν Θεόν, μέχεται μόνον καὶ τοῖς τοῦ Φαίνοτος φύσιοις διοικεῖμός, καὶ τοῖς αἴσιοις ζητεῖσι, καὶ συνεργάτην τοῦ ποτὲ τοῦτον εἰδώλων αποκωνιστοῦς, Generis Chaldaeo fuit B. Abraham, εἰς sub parente educatus, qui verū Deum ignorabat, ad certum tempus, dum prescriptis à genitore legib. viam instituit, in eadem ergo ipse ignorante versatus est: annumeratus aliquando iis, quod idola venerabantur. Lindant Panoplitē libro, c. 11. Ille credidit omnium pater Chaldaeus, quem esset idololatria, Mitra Perseus atq; Vesta cultor, ex paganismō, veri Dei ignorantia liberatus atque ex idololatria ad veram viuī Dei larriā est cœuersus. Et paulo post, Quod si cuiquam insolens atque paradoxum videatur, quod Abrahamū Patriarchan ex paganismō, ad verā Dei cognitionē, cultumque, dixerim conuersum, is si Gracis dominis Graci diligētissimi probatissimis testimonio, Suidā dico, in suo Abrahamo, nō est contentus: certe nō potest nobiscū non sentire, Latini autoris testimonio upletissime instructus. D. namque Augustinus libro 10. de Ciuitate Dei, capit. ultimo, in hunc modū scribit: Abrahamā, inquit, ut promissionē de semine illo, quo omnibus gentibus salutē pareret, acciperet, iussus est de terra sua & cognatione sua, & domo patris sui discedere. Tunc ipse primius à Chaldaorū superstitionib. liberaliter & unū verum Deum sequendū coluit, cui hoc etiam promiscenti fideliter creditit. Entibi scilicet blasphemum Caluinum! Sed post Philonen: post Cyrillū post Suidam post Augustinum Cum Lindano. Quorum derūcens solus.

VII. Reliqua referueur ad tria capita. Primum pertinet ad id cōsilium quo dissimilare decreui Abram, sibi vxorem esse Sarai: quod ei bis accidit, semel in Ægypto, Genesios duodecimo: iterum in Gerari apud Abimelechum, capite vigesimo. Hic ergo insimulatum volunt, mendacii, simulationis, magni inexcusabilisque viti, stultitiae, prostitutionis, impudicitiae, corruptionis, lenocinii, disfidentiae in Deum, & quid non? Athæ quædam vera: magnum autem parvum fallere sunt. Singula videamus

Vxorem suam in adulterii periculis coniicit. Hoc ipse restatur euentus. Nam & sublata est in domum Pharaonis: & eandem Abimelech accepit: opertuitq; illū multis plagiis: & hunc somnio moneri, ut eā redderet viro. Qui prætextus adferri potest, ut nullum id sit adulterii periculum? Imo confidenter Chrysostomus in Genesin, homilia trigesima secunda, oī πύρος δικαίου της απειδήσης πύρα ποτε οὐτε εἰς ἔγραφη μοχλαῖς εὑνέται, Verum-

tamen hic iustus & continebat, & omnem lapidem mouet, ut adulteriu[m] opere compleatur. Et rursus, ταῦτα μοιχεῖα τὸ γυναικεῖον εἰσὶ ταῦτα γυναικεῖα δικαίωσις, καὶ μοιχεῖα ἵταντα τὸ μοιχεῖον τὸ τοῦ τὸ γυναικεῖον ὑπόστητον τὸ θάρατον δικαίωσις. In adulteriu[m] uxoris consenit iustus & quasi seruit adultero in mulieris contumeliam, ut mortem effugiat. Quid Caluinus durius? Imo, In via aberrat Abraham. Scilicet ita loquutus est Caluinus, Hinc sequitur rectū fuisse Abramam finem sed in ipsa via aberrasse. Sensus est, bonum finem fuisse Abramam propositū, nimirum, ut suam conseruerat vitam, à qua Ecclesia quodammodo pendebat incolumitas: nam sic Caluinus, dixerit, docet non humano quodam amore huius aeris impulsum fuisse. Verum ad hunc finem assequendum, vnum esse mediis non bonis: nam hoc est abericare in via. Magnū scilicet crimen! An longe manus eoī, qui nihil hic vellent obseruari non exacte rectū? Sed Caluinii iudicium non erat adeo depravatum: norat enim & sanctos non fraudare sua laude: & eorū tamen infirmitatibus non adulati. Itaque statim, Quamuis ergo temerarii sint iudices, qui præcise dānant hoc factū Abramam: particularis tamen lapsus non negandus est: quod ob mortem propinquam trepidans, discriminis cūuentum non commisit Deo, ne uxoris pudicium male proderet. Rodat, ut volet Monachus, hæc verba, tamen non monachi, id est, boni sanique virili laudabunt. Saltem veniet in societatem criminis, si crimen est ullum. Pelusiota, qui libri 3. epistola 160. dixerit αὐθάδει τὴν γυναικῶν: uxorem prodidit.

VIII. Sed paulo post inquit, castitatem pudicissimæ fœminæ probri simulat. Grande crimen. Sed quo argumento? Quia notauit multos putare à rege violatam, quum est abducta Ergo, inquam, id aliorum peccatum est, non Caluini. Imo, inquit, se ipsum in eotū numero esse declarat. Itane? Sed vnde scis? Quia ait: Neque verisimile esse regem pepercisse eius pudicitæ, quam haberet in manu, & Abrahamum ita meruisse. Os impudens! sed reprimò me: locum recito, *Quum abducta fuerit, & in aula habitauerit ad tempus aliquod, multi à rege corruptam putant.* Ergo aliorum recitat sententiam: deque ea disputat, ut fiat quæstio: vtrū Sara fuerit violata. Addit aduersariorum ratione à verisimili, & libidine regis. Verū statim, quæstionem soluens, siue, ut loquuntur, determinans, *Id quidem promeritus fuerat Abraham:* nimur, qui adeo inconsulte constituerat non profiteri se eius maritum: quo obuiam itum esset huic periculo, vt ex euenti appareret. Sed addit, *plaga, qua mox secuta est, satis ostendit habitam eius curam fuisse à Domino:* & hinc colligere licet intactam stetisse. Ergo hæc contraria affirmatio est. Et si, inquit, ita Abrahamus meritus erat: tamen Sara fuit intacta. Quomodo autem? Certa Dei prouidentia. Et in hanc partem disputat prolixius. Itaque cōtra quam blaterat Monachus, ab eorum sententia Caluinus discessit, qui dixere corruptam: vt nullum sit hac parte Caluini conutium, sed magnum cucullati monstri mendacium.

X. Ad reliquum caput venio, quod est de consilio Saræ ancillam suam Abrahamo tradentis. Hic vero, & rationem alienam à Dei verbo: & in p⁴ gressu non leue peccatum: & impatientiam orbitatis, & coniugii legē peruersam, & lectum coniugale pollutum. Et Abrahamum non vacante cūpa: & stultū m^m, ac præposterum consilium: & nimiam facilitatem: & claudientem fidem, vacillantemque: & Dei virtutem alligatam ordini naturæ: & concubinam instar pellicis: & remedium prohibitum. Hæc, inquam, omnia, & nonnulla præterea Caluinus dixit, cucullatus traduxit. Sed q^{uod} anto maior est, laudabiliorque Caluini sinceritas: tanto monachi impudentior loquacitas, qui recitat tantum, non etiam arguit. Quasi omnes lectores sui speraret similes fore. Auertat Deus omen! & habeat adhuc mundus aliquos, à quorum neque fronte pudorem eucullus extruerit, neque capite cerebrum exhauserit idololatria. Saram Caluinus partim laudat: partim reprehendit. Laudes Momus iste omittit: in sola reprehensione hæret, vt musca in scabie. Laudat ergo Saram Caluinum, quod tota defixa in prole à Deo promissa, nolit suam sterilitatem obstaculo esse: itaque suum ius negligat, *Memorabile exemplum*, inquit, *ex quo non exiguis fructus ad nos reddit.* Audin' Mome, laudari, & quidem serio, sanctam fœminam?

X. Sed eandem tamen in ipso progressu non leuiter peccasse obseruat, In progreſſu, hoc eſt, in via, vt ante a Abrahamo, ſiue in mediis deligen- dis. Et quis potest negare? Nam ratio ſane aliena erat à Verbo Dei. Non enim Deus polygamiam fanxerat: ſed vnam potius, vni viro, coniugem crearat: & edixerat duos futuros in carne vna. Ergo Sara ab eo verbo re- cedebat, cum Abrahamo ſuaderet vxorem ſecundam priori addere: quo ipſo mirum, ſi quis neget leatum coniugalem pollutum, Dei virtutē alli- gatā ordini naturae, inde Caluinus coniecit, cum dixit Sara, *Concluſi me Iehoua, ne parere: ingredere ad ancillā meam.* Id enim eſt, ac ſi diceret: quia ego ſum ſterilis: ac propterea à me liberos tollere non potes, quare tibi ex an- cilla. Itaq; oportet ei non venire in mentem, Deum poſſe etiam ex ſterili pro- lem educere. Reliqua omnia ſunt facilia. Nec tantum Momo conceden- dum, vt ſi neget Solem lucere meridię: ego id demonſtrare coner.

XI. Superest caput tertium, de risu Saræ, ex Genesio 18. Dolet Feudatio, quod eam Caluinus accuseret, quod loquenti Deo fidem abrogauerit; camque incredulitatem dicat non excusandam: quod Dei potentiam intra sensus sui metas incluserit, eo que iniuriam Deo fecerit. Verum nihil est difficile. Constat Saram promissi oni Angelicæ, opposuisse suam ærat. Et, *Hæc verba*, inquit Procopius, *excutiebat cōsideratio, tum sus, tum virtus* *felicis, qua præterierat, ad procreatiōne liberorum dandam operam.* Lyranus risisse dixit, quia reputaret Angelii dictum fruolum: quod si Caluinus di-
xisset, nemo cucullatorum non ignem posceret. Augustinus, quæstionibus
in Genesim, Arguitur Sara, quia risit: & non Abram, cum similiiter riserit,
quia illius risus admirationis, huius dubitationis, quod diuidicare potuit, qui cor-

XII. Pergit Momus ad Isaacum, & Rebecam Isaacum Moses Genesios 26. scriptis, simili cum patre consilio, dissimulasse apud Philistæos, Rebecam esse vxorem sibi: eoque nomine a Rege Abimeleco reprehensum. Obseruavit Caluinus, simulationem mendacio non absimilem.

Momo displicet. Quid tuum at veritati placet. Vere enim dissimulatio fuit. Sed, air proxima mendacio? Docuit Abimelec, Vere vxor tua est: & quomodo dixisti, Soror mea est? Quasi diceret cum peruersa Philisteis non esse uxorem tuam: cum tamen esset. Quid amplius? Vxorem a fide coniugii absoluens, alienis prostituit. Ne hoc quidem in Calino ferre Momus potest. At triple Isaac audiuit ab Abimeleco, Quid hoc fecisti nobis? paulum absuit, quin dormierit unus e populo cum uxore tua, & venire fecisse super nos delictum. Hæc cū ita sint, qui vel illicet hoc remedium negat, vel vacillasse Isaac si dē: nā ille haud pcul absit a similib. peccatis: vitam ēt ne à grauioribus. Ita enim sit, vīu aliis quisq; tantum excusat, quantum sibi ipi indulger.

XIII. Sed dixit item Calinus, Loquitur Moses de aliquo liberiore gestu Isaac, qui vel dissoluta lasciuia, vel coniugalis amoris testis esset. Nimirum in ea verba Mosis, Apergit Abimelec rex Philistim perfenestram, & vidit: & ecce Isaac ludebat cum Rebeca uxore sua. Ex eo autem Iusu constat Abimelecum conieccisse, Rebecam esse Isaaci coniugem. Quidigitur? Nempe quidam exponunt longe durius quam Calinus. Certe Lyranus de debito coniugali: quod Calinus negat diserte: reputans indignum tanto viro. Et tamen admissum aliquid constat, quod ad id accederet. Itaq; interpretatur de libiore aliquo gestu. At eum gestum, inquiet Momus, dixit esse testē, vel dissoluta lasciuia, vel coniugalis amoris. Ita sane: at non vtriusque: sed vel huīus, vel illius. Itaque sensus est, si non fuisset Isaac Rebeca maritus, eum Iusum indicare potuisse d̄ solutam lasciuiam. Quis enim nescit, non esse cuiuslibet ita se cum muliere gerere, quasi maritus esset? At Isaac vere maritus erat: Ergo is Iusus, qui in alio fuisset indicium intemperantis lasciuiae, in eo fuit testis amoris coniugalis. Et ita Abimelech interpretatus est. Quid ergo Momus rodit?

XIV. Superest-ne aliquid? Imo. Nam de eodem Calinus, Cœcus rapietur in amorem primogeniti filii: ut eum alteri preferat: atque ita cum oraculo Dei luctetur. Peruersus Filii amor, quādam fuit excitatio species, quā illi magis obficit quam externa oculorum caligo. Nimirum volebat Esau, Iacob præferri. Isaac. Id Calinus nō probat. Prædictum enim fuerat Genesios 24. contra fote. Et quidem prædictum ab ipso Jehoua, Maior serviet minori. At Isaac id nō lebat. Nam in benedictione quam dedit Jacobo, putans esse Esau, diserte verba sunt, Seruant tibi populi, & incurvuent se tibi populi: esto dominus fratribus tuis, & incurvuent se tibi filii matris tua. Quid hoc erat, si non mira ratione prouidisset Dominus: nisi vt vel irritum redderetur oraculum, vel nugatoria ipsa benedictio Isaac. Si, inquam, is, cui benedicatur, fuisset Esau, quem se credebat? Itaque non poruit probare Calinus. Si nescisset Isaac, facilis venia. Sed quis credat nunquam admonitioni fuisse eius oraculi? Si sciuitigitur: imo, quia sciuit, debuit ἀπογεια: suis renunciare, vt obsequetur voluntati diuina. Enimvero mirum, Monachos, qui tanti faciunt obedientia, vt homines transforment in pecora: sic enim clausorum præfecti snis imperant, tanquam pecudibus: mirum, inquam non videre: imo nolle videre, carnalem illum affectum fuisse Isaac deponendum: quo solet præferri liberis reliquis primogenitus: quandoquidem innotuerat illi, contra decretum esse à Deo. Nimirum culicem colant, qui Camelum glutunt.

XV. Iterum, In sanctissimam matronam Rebecam contumeliose inuidit, vocans eam, Astutam, dolosam fallacem, damnabilem, mendacem, præstigiis in re seria ludientem, cœlesti oraculum suo mendacio obscurantem: hostile inter fratres odium accendente, totam domum turbantem. Verba ea Momi, Calinus rodentis, & exclamantis demum. Hæc plane est intolerabilis impudentia. Estne hæc moderatio Euāglica? Et nescio quid præterea. Ast ego securior, hanc esse dico claustralem impudentiam, monachicā immodestiam. Caluniū hæc sunt, Fruvolū sane hoc videtur, quod senex muliebri astutia deceptus, per inscitiam, & errorem effutuerit quod nolbat. Et certe vītio nō caruit Rebecca dolus, quamvis maritū sano consilio regere non posset, non tamen hac legitima fuit agendi ratio, vt eum circumueniret talifallacia. Nam, cum per se damnabile sit mendacium, in eo grauius peccavit, quod talibus præstigiis in re sacra ludere ausa est. Et paulo post, Ergo cœlesti oraculum suo mendacio obscurans, quantum in se est promissam filio gratiā aboler. Hic vero astutum muliebrem lego: lego dolum, lego fallaciam, & mendacium. At Rebecam astutam, dolosam, fallacem, non lego. Aliud est enim de re ipsa iudicium ferre: aliud de persona statuere. Et huiusmodi vocabula habitum significant: ea autem quibus Calinus vtitur, duntaxat actum. Longe autem grauius est in aliquo habitum peccandi notare, quam actum peccati singularem. Itaque Momus impudenter calumniatur.

XVI. Nam de re ipsa, quid habet quod Calino obstrepat? An falso dixit, astutiam fuisse, & dolum, & fallaciam, & mendacium? Prodeat, & libere eloquatur, quod habet in pectori, vt agnoscat omnes audaciam Monachicam. Quam tamen ipsius Isaaci facile retundet autoritas, Venit frater tuus dolere. Damnabilem vero vbi, aut quando Calinus Rebecā dixit? Nam ego dunraxat lego, Mendacium esse per se damnabile. Et tun' id dictum damnes, Monache? Præstigias appellavit, tum accurate compositam fallaciam, & quidem in re sacra, id est, benedictio, quā circūstantia peccatum grauat. De ceteris quid dicam? Calinus, Nam quod maritū in se provocare, hostile inter fratres odium accendere, dilectum filium Iacob obiicere præsenti mortis periculo, totamque domum turbare non dubitat: hoc certe non aliunde quam ex fide manauit. Animo eius penitus infixa erat hereditas à Deo promissa: eam sciebat filio Iacob decretam esse. Ergo infædus Dei recumbens, & memor accepi oraculi, mundū obliniscitur. En tibilaudes Rebeca, quas Momus pro coniunctis excerptit. Magnam enim constat Calinus exprimit eius mulieris, cui animo poterant obuersari rot pericula. Quis enim nō videat obiecisse se Rebecam irā mariti? Nam vt sensit sibi impositū, Expavit pauro magnō vehemētissime, de hostili odio inter fratres, de mortis periculo, de tota domo turbata, quid op̄ est dicere? Quasi ea non sint luculēter à Mose decripta. Itaq; muliere oportuit fuisse magnē cōstantię magnæq; fidei (agebatur enim de permissione diuina) vt illa contemneret, nihilque minus in proposito perfaret. Hoc Calinus laudat. Hoc Momus rodit.

XVII. Pergit. Notat Calinus, Rebecam secure se maledictionis ream facere: & improbat supinam confidentiam, cum nullo Dei mandato instructa esset: consilio tantum capto de suo capite. Quid oportunum hic denti tuo, Zoile? An quod ream se maledictionis faciat? Atqui textus disertus. Super meū maledictio tua filimi: quia Jacob verebatur, ne ita im-

ponendo patri, in maledictionē incurret. Ergo hac parte verum Calinus dixit. An non potuit Zoilus, supinam confidentiam audire? Atqui ita Calinus significat, eam confidentiam, cui nulla subesset leg tima causa Itaq; statim de Dei mandato. Innuens non posse quenquam in suis actionibus securum esse de Maledictione, nisi habeat mā datum Dei pro fundamento: nimirum ex quo certus fiat, se non male agere. At id mandatum, vel ordinarium est, vel extraordinariū. Rebeca nullum habuit ordinarium: nam contra, Deus ordinario mandato, securè mendacium prohibet. Non habuit extraordinarium: neque enim Moses testatur. Ergo nullum. Cum igitur ageret contra legem, & se se mendacio implicaret, quid erat quod non timeret maledictionem?

XVIII. Sed de Jacobo, non minor tragœdia: qua impositum Isaac, qua ductæ vxores. Illum Calinus omni fide spoliat, quæ cunctarum virtutum basis est. Male factum, inquam, si cerro factum. Audiamus, Quod Jacob non sponte se patri offert, fidei valde contrarium est. Secum disceptans, se fidei destitutio ostendit. Dubitatione obtenebratam fuisse videmus eius fidem. Et hæc significant Jacobum exxi omni fide: Atqui non ita est, perfide. Contra enim Calinus, diserte, eodem ipso loco, Et certe quamquam ea non prorsus vacuus erat, hac tamen in patre coarguitur eius defectus. Potest-ne exxi omni fide, qui negatur ea prorsus vacuus? Quidigitur? Nimirum hac parte negavit Jacobo constare fidem, id est, hoc in actu. Et quid clarius? Primo enim actus erat non bonus: potest ne autem in actu non bono, ea ratione, qua est non bonus, fides esse? Deinde ipse prodit. Restat enim, cum mater iubet: & testatur se vereti ne maledictionem sibi pro benedictione procuret. Tantam incertitudinem non paritur fides.

XIX. At non simpliciter deflebit ab eo, quod rectum est in matris obsequium. Et hoc Calinus dicit. Dicit enim vero, inquam: sed Momus impudenter truncat, Jacob, inquit, non simpliciter ab eo quod rectum est, deflebit in matris obsequium, sed potius Dei verbo obtemperat. Senlus est, non solo obsequio matris deductum fuisse à recto: sed potius vt obtemperaret Verbo Dei: nimirum, quo dictum erat, Major serviet minori. Itaque cum obseruet Calinus id quod in hoc opere laudari poterat: id Momus torquet in coniunctionem. Miramini sinceritatem, Ceterum enim deflexisse à recto, solus, opinor, Sycophanta dubitat. Recte igitur notavit Calinus errorem particularē: hoc est, esse in hac eadem actione admisitum aliquid boni: sed & aliquid mali: & hoc aliquid mali, particularem errorem vocat. Quid ergo: irascaturne Momus, quod hunc errorem vitio carere neget? Ipse videbit. Sed hoc vitium in eo Calinus obseruat, quod non sit talibus fallaciis adiuuanda Dei veritas. Nimirum, quia non est faciendum malum, vt euenerat bonum. Ethac ergo parte, merito dixit, cum temeritatis culpam sustinere: quod Dei prouidentia diffidens ad benedictionem patris occupandam fraudem obrepit.

X X. Jam forte durius. Deposito metu, audacter, & secure mentitur. Benedictionem fraude petit, seque mendaciter insinuat. Sacrum Dei nomen suis mendaciis permiscet. Periūli culpa non carer. Hæc omnia de Jacobo Calinus. Examinemus. Obseruat mutationem. Quia, primo cum ageret cum matre, timidum se se Jacob ostendebat: neque audere se se partis stire, pro Esau: nunc autem conceptis verbis, querenti patri, Quis es mihi? fiderint respondet, Ego sum Esau primogenitus tuus: feci quemadmodum loquutus es ad me. Ergo in hac mutationis obseruatione nullum peccatum. Quid ergo? nempe Momus dolet accusatio mendacii. Atqui res ipsa loquitur. Dixit enim se esse Esau, se esse primogenitum. Siccine res erat? Minime omnium. Et non est, id mendacium? Itaque Rabbinorum nonnulli distortum verba: quasi dictum, Ego sum is qui tibi adfero: & Esau est primogenitus tuus. Sic enim Iarki. Sed id Rabbinicum somnium est, satis refutatum ex sequentibus, Feci quemadmodum loquutus es ad me. Necesse igitur est agnoscere mendacium. Vnde Chrysostomus, vt Jacobum, quem tantum actum sim ulasse dicit, excusat, iubet non attendere factum, in quo mendacium erat. Probe: vt & in re ipsa, quæ geregabatur, agnoscam⁹ defectus humanos: & tamen prouidentiam diuinam admirerem. Sed maius, hoc est, quod mendacius Dei nomine admisceatur. Et tamen tam clarū in contextu, vt disimilares nequeat. Quærerit Isaac, Quid hoc quod festinasti ad insueniendum filii? Nimirum, quia coniūciebat, non ita diu esse, cum iussisse parati sibi venationem: itaque miratur tam subitum redditum. Responder Jacob, Quia occurrit fecit Iehoua Deus tuus coram me. Hoc vero, quid aliud est ad mentem Isaaci, quam asserere sibi venationem occurrit solito citius, idque factum certa Dei prouidentia? Atqui nulla occurrerat: nam mater omnia parauerat, πάρεστι τὸ δέκατον, vt eleganter loquitur Isidorus Pelusiotes libri 2. Epistola 58. Ergo hoc quoque mendacium erat: & ei mendacio admisitum Dei nomen. Itaque Calinus carere periūli culpa, negat, & quidem carens coniuncti culpa.

X X I. Jam de Jacobi nuptiis, Momus dolet non probari Calino germanas sorores, vni eidemque viro locatas: & quidem eodem tempore, camque ob causam appellat alteram alterius pellicem: dictum, prætes naturam miseri vno in lecto duas sorores belluino more. Leam non fuisse legitimam vxorem: retentam tamen, & additam polygamiam: imo incestum. Leam patri consciacim abduxisse sorori maritum, nec propterea excusari Jacobi libidinem: Hæc, inquam, improbat omnia Cucullio. Quid tū? Deo laus sit in æternum, quod istiusmodi hominum portentis non simus obnoxii. Quid enim non improbarēt in nobis, qui ipsissimum Dei veritatem improbat? Si Deo, si sani hominibus cerebri probem⁹ nos ipsos, tum vero Cucullionibus longum flere. A Labano deceptum fuisse Jacobum, ipse Jacobus conqueritur: & re ipsa constat. Et quia Coningium nō concubitus, sed consensus facit, proculdubio non erat Lea vxor Jacobi, quia fraudulente substituta: nisi ipse Jacobus postea consensisset. Itaque haec Calinus non peccavit. De bigamia dictum paulo ante. Peccantigitur Jacob, consentiens vt alteram vxorem ducet. Neget-ne autem Monachus incestum esse, cum duabus germanis sororibus, vnu idemque copulatur? Bene ergo Calinus, & quidem exaggerans belluinum morem: nam inter belluas id nullum discrimen est: inter homines esse debet.

X X II. Deus bone! quanta haciam peruersitas est: ne in sororum quidem contentionibus, quicquam peccati agnoscere Cucullionis spiritum? Id vero omnem impudentiam transcendit. Stringit calamum Calinus, inquit, in beatam Rachelem. Beatam sine, & spero esse, & credo. Sed nihil vñquam

LIBER DECIMVS OCTAVVS, CAP. IV.

383

vñquam peccasse, tenebriones volent? Aut si peccarit, dissimulandum? Il-
Jud, qui plene confutatum volet, legat caput Genesios 30. & obseruet: Cō-
morum fuisse Jacobi furem aduersus Rachelem. An nullum ob pecca-
tum? Ergo ipse Jacob peccasset, quem tamen etiam non patiuntur accusa-
ti. An vero ob leue peccatum? Itaue? qui Rachelem amabat tenerime:
& plus quam Leam? Hic ob leue peccatum, & iram & furem conceperit?
Peccauit ergo & grauiter peccauit. Nec in Jacobum tantum, verum in
Deum: proindeque castigata à matre, *An pro Deo ego sum?* Adde reliqua:
emulationem aduersus fororem, substitutionem ancillæ, & reliqua, quæ
Moses hanc abs re exequitur: & qui non agnoscet iustum, etsi lenc iudi-
ciū Dei in incesta polygamia vindicanda, hunc ego quem vitum dicā? Imo
an vitum dicam? Si non patitur ergo vel communis sensus, quemque m-
negare grauiter peccatum à Rachele: certe pia conscientia, non patiatur
dissimulari, etiam si iubeat tolerari, & quidem cum gemitu.

XXIII. Ilob sequitur: quem Caluinus dixit, excedere omnes modestia
terminos: enormia, & exorbitantia verba proferre, ut videatur plane de-
speratus: murmurare aduersus Deum: ingratis fuisse contra Deum: vi-
deri velle insurgere aduersus Deum. Omnia Dei beneficia uno fasce inuolu-
nre, ingratissimeque interpretari: loqui ut Ethanicum, qui nullam habet
spem vita secunde, futuraeque resurrectionis: loqui tanquam incredulu-
n, qui nec Deum, nec religionem ullam norit.

XXIV. Atqui Ilobum peccasse, ipsa docet Scriptura, quæ varius, quasi
Actus distinguis: in primo, post omnium suorum amissionē pronunciat,
In hoc toto non peccauit Ilob, neque attribuit insulstatem Deo, cap. 1. Deinde in
2. Actu, post ipsius personalis plagæ initia. In toto hoc non peccauit Ilob labiis
suis, cap. 2. At, cum perleueraret plaga, Post hac, aperiens os suum, maledixit
diuino. Hic vero quis tam stupidus est, ut non videat primos duos illos a-
etas distinguui, imo separari a frequentibus? Et sentimus esse, non similiter
gesisse se Ilobum in reliquis: id est, & peccasse labiis suis, & tribuisse in-
sulstatem Deo? Et quidem luculentum id est, ex comparatione verborum.
Illi enim verbi quæ laudata sunt, quid sancti? quid modesti? quid
magis prius? At reliquorum maledictiones perpetua: quam distant? Ita-
que quicunque haec tenus Ilobum excusarunt, coacti sunt ad allegorias
confugere, & quidem varie: non enim omnibus eadem placuerunt. Sed
curas allegorias? Nimurum, *Si superficiet enus his toria attendiur, quid hi-
verbis reprehensibilis innuit?* inquit Gregorius, capite libri 4 in Ilob: &
cap. 4. de remissi. Hoc nimurum tanto intrinsecus maiori mysterio plenum est,
quanto extrinsecus humanarione vacuum. Nam si quid exterior rationabile
fortasse sonisset, nequamnam nos ad studium interioris intellectus accenderet.
Eo ergo nobis plenius aliquid in ius innuit, quo foris rationabile nihil ostendit.
Constat ergo his Ilobi sermones ad literam esse irrationalib: esse repre-
hensibiles. Quid iam affertur, quo necesse sit ad allegorianam diuertere: &
quidem neglecto prorsus literali sensu? Quanquam ipse contextus ita est,
ut quamecumque allegorianam sumas, non possis ad eam omnes partes apta-
re. Itaque certum habuit Caluinus non discedendum à litera.

XXV. De Monacho autem quod dicam non occurrit, saltem pro me-
ritis, Sycophantam egit apertissime discerpens Caluni dicit. ut nihil appa-
reat, nisi terrum, atque horrendum. Ille autem ita se gesit, ut verborum
peccata serio exigitans, quicquid tamen potuit cogitari ad virum san-
ctum excusandum, id expressebit. Quam diabolici ingenii Monachum o-
portuit esse, qui haec omnia dissimularit? Caluinus igitur, cum alia multa,
tum haec sermone undecimo, *Sunt qui Ilobum excusent, prorsus, quasi ita à
malis agitatum, ut tamen contra Deum non blasphemaret.* Alii imaginantur,
oblitum prioris patientia, prorsus excessisse limites, nec amplius meminisse Dei
glorificandi: sed affectibus suis abruptum, loquuntur quasi amentem: Quicunque
prius uxore stultius arguisset, nunc se duostultiorem ostendere, maledicendo
dei natiuitatis sua. Haec Caluinus ex alio: mente, discedentiū in alterutru
extremum. Nunc ex sua, *At certum est Ilobum non deuenisse in hoc extremum:*
semper enim scopum habuit, Deo obedientiam prestare, ut videbimus. Interea
tamen non potuit pugnando, non vulnerari: non titubare, non flecti. Hoc igitur
medium teneamus: *In Ilob non fuisse priorem perfectionem: & quanquam ma-
li pressus videretur in medio itinere defecturus, nihilominus persistisse in cursu
suo, voluisseque Deo obedire: nec tamen, ut de se Paulus loquitur, perfecisse bo-
num, quod volebat.* Infinita reperias istis similia. Atque adeo sermone 12.
Primo intuitu videtur, Ilobus hic loqui, tanquam Ethnicus, cui nulla secessit
spes alterius vita, nulla resurrectionis. Et haec Momus lancinat: arstatum Cal-
uinum, Atqui nunquam deleta spes illa fuit ex eius corde. Quid hoc est? Nimurum,
Gregorius dixit: si attendamus ad historiam, id est, ad ipsorum ver-
borum recitationem, nihil esse reprehensibius.

XXVI. Supersunt Moses, eiusque vxor Sephora: Elias, Daniel, Esaias.
De Mose quid? Non fuit (inquit Caluinus) ea constantia, & magnitudine
animi, qua decebat, sed honestitas in fide. Imo haec non sunt Caluni verda: ne-
que Latine, neque Gallice. Haec potius, *Videmus non omnia parte fuisse ma-
gnimum, ut decebat, sed cum sua timiditate luctatum esse.* Timiditatem nō
fides audis. Ceterum explicat, id quod textus notat, Mosen, cum accinge-
ret se ad Israëlitam vindicandum ab iniuria Ægyptii, circumspexisse prius,
an quisquam esse posset conscius. Ex eo non nihil timiditatem Caluni argu-
it. Quid enim posset aliud? Et tamen agnos: it forte, *Quamvis, inquit,*
*ad hoc facinus edendum instructus fuerit rara fortitudine spiri: s: simul tamen
concupisca fuit infirmitas, que arguit, non oblique hastatione fuisse aggressum,*
quod tamen sue vocacionis esse nouerat. Hic ne Momus quidem carperet: at
Monachus rodit. Quanto iste deterior illo?

XXVII. Nondum satis. Fidem Mosis Caluinus dixit pene suffocata: non
fuisse illi praesentem animum: iniuriam influisse Deo, propter homi-
nes detrectasse obtemperate Deo, fuisse dissidentem, & ingratum aduersus
Deum. Furiosus insaniusque, quam vniuersum populum: maiorem eius fuisse
insaniam, quam totius populi: penitusque vocationis iux: Deum tardia-
tis arguisse. Et haec omnia, colligit Cucullio, ex commentariis in 4. & 5.
capit. Exodi. At ego in capit. quartum lego, *Recitat hoc capite Mosis, quam
cunctanter Deo parcerit, non pericaciat, sed timiditate.* Neque enim, ut solent
refractaria bestia, ingum excutit: sed huc, & illuc declinat, ne sibi appetatur. At-
que hinc melius prouidicere licet quanta infirmitate laborauerit, ut fides eius pro-
pesset suffocata. Nimurum, quia Moses, primo, rationes suas opponit man-
dato Dei, non credituros sibi Israhitas: tum se esse balbum. Et his cum el-

set satisfactum, tum denique, *Obsecro Domine, mitte per manum, per quam
mittes.* Hoc est tandem, atque ut vt sit, tamen fese mitti non vult, sed alium.
Itaque, *iratus est furor Iehonias, contra Mosen.* At nullum ob peccatum? Di-
cant Monachi, pui certe non dicent. Ergo id peccatum Caluinus obser-
var, & primo fidem quasi suffocatam. Qui enim potuit aliter? Nam fese
fides Deo statim subicit, nec obloquitur Deo. Non fuisse ei praesentem
animum, totidem verbis non lego: fed rem ipsam, *Omnis tergiuersandi mo-
dos captat Mosen, ut onus sibi impositum auerterat: non quod imperium detrectare
in animo sit: sed quia grauitatem formidat.* Virium igitur suarum diffidentia,
eum ita lentum, ac tepidum reddit. Haec lego, in quibus coniunctum inueniri
credo: sed à temerariis Monachis, qui auctoriter quidlibet aggrediuntur.
Sed modestis viris, aliud iudicium.

XXVIII. Addit Caluinus, *Modestis quidem fuisse hunc quem obtendit
defectum reputare, modo tantum suspectas à Deo rogasset: sed quum ultra pro-
greditur, ut immunitatem impetrat, Deo fecit iniuriam, ac si seruis suis plus im-
poneret oneris, quam sint ferendo, vel inconsiderata quidua mandaret.* Hic vere
quid cōsūit hī, poslite quisquā tcire a Monachō? Nam detrectat onus
Mosen certissimum: & quidē cum pertinacia, quo iure, quo prætextu? Moses
ipse ostendit, quum suos defectus prætextit. Tolerabilis causa iudice ipso
Caluino: si simpliciter, & absque contumacia. Sed quum obfirmat se Mo-
ses: & quoquomo aliud mitti postulat: quid id erat? Excusandum, si ei
cum homine, quantumvis magno negotium fuisse. At erat cum Deo. Ita-
que, tantudem erat, ac si dictum, nescire Deum cui id onus committereret,
aut etiam committendum esset. Et hīsc Monachuli, vbi obmutescunt
Sancti? Et quidem magno se iudice Caluinus tuerit, *Iratus est enim furor
Iehonias contra Mosen.* Ergo Moses peccauit: & in Deum. Cætera non potui
apud Caluinum legere: itaque omitto.

XXIX. Sed Bellarminus eundem æge fert arrogantiæ, atque superbia
insimulari: quod imperiose legem Deo præscripterit, suaque cum iustitia
exuerit. At hæc aliter habent. Et licet iniurari Papistarum ingenium, fere di-
cam perpetuum: quid Caluino solent pro magno peccato imputare, &
quidem proprio: quod ille tamen non attingit, nisi vt refutet. Sic alias se-
pe: Sic nunc. Nam exponens Caluinus illa Mosis verba, quibus postulat,
aut dimitti peccata populo, aut se deleri de libro vite, Exodi 22. *Quod mox
sequitur* (inquit) *multis modis videri posset absurdum.* Primum, quis sic lo-
quitur vñquam, qui diserte asserat? Ergo Caluinus non scripsit id multis
modis esse absurdū: sed videri posse. Tum subiicit argumenta, quibus ea
quæ pretenduntur absurditas exaggerati potest, *Quia, & imperiose legem Deo
præscribit Moses: & præcipit impetu quantum in se est: labefactat aeternum eius
consilium, & inconsiderata sua ipsum iustitia exurit.* Dein his tribus capitibus,
paucis verbis declaratis, *Ego vero, inquit, quasi separans se ab iis, qui adeo
severè Mosis dictum exagitant: & seorsim ab illis suam exponens sen-
tentiam, Ego vero non infiior tanta vehementia Mosen fuisse abruptum, ut lo-
quatur, quasi ecclasticus.* Verum notandum est, dum suas curas in Dei finum fi-
deles exonerant, non semper distincte agere: nec verbis compotis: Sed nunc bal-
butire, nunc fundere gemitus inenarrabiles, nunc alius omnibus præteritis vñnum
aliquid votum arripere, & vrgere. His positis, ad tria illa capita respondet
diserte, negando: quo maior est Bellarmini non incogitania, sed nequita-
tia: Certe, inquit, nihil minus in animo habuit Moses, quam Deo legem ferre:
nec rogatus dixisset, cuerti posse, quod Deus ante mundi creationem, de electis suis
decreuit. Sciebat denique, nihil a mundi iudice esse magis alienum, quam perdere
insontes una cum reprobo. Falsa igitur illa obiectio erat contra Mosen: &
quidem iudice Caluino. Quid ergo Bellarminus? Insignis Sycophanta.

XXX. Conqueitur Sephoram durius tractatam. Duobus locis, præ-
fatione in septimam controuersiam: & capite 7. de Baptismi Sacramento.
Quid ergo? Nempe Caluinum arguere Sephorā stultitiam, temeritatem, im-
potentiam, & grauius peccati, quod filium circumcidet. Negat ergo Bellar-
minus peccasse Sephoram in circumcidendo filio, viro presente: quia fece-
rit coacta, siue à Mose, siue à Deo: & Mose quidem, cui circumcidendi nulla
facultas erat, siue ob morbum, vt quidam putant, siue ob Angelum cum
gladio nudaro. Cæterum, Sephoram circumcidisse filium sine proposito
obsequendi Deo, & proiecisse præputium in terram, & obmurmuras contra
Deum, & contra maritum: haec vero esse mera mendacia sine vño fun-
damento: Scripturam nihil tale dicere.

XXX. Coactam Sephoram admitto: admittit etiam Caluinus: sed nō
peccasse, qui conficitur? Imo peccasse iam eo ipso constat, quod cogi-
deberit vt circumcidet: quod cum mandatum esset à Deo, debuit sponte
fieri. Quanquam illud cogi sophistice Bellarminus vrget. Non enim Cal-
uinus coactum dicit à Deo: sed simpliciter coactam: nimurum, vt solemus
loqui, cogi nos ad id, quod facimus non sponte, sed vitandi maioris peri-
culi gratia: vt naute iacturam faciunt coacti: vt medici coacti membra se-
cat. Sic Sephoram coacta non vño Dei mandato: non etiam mariti imperio:
sed vehementi illo timore amittendi mariti: quo extra se facta, partes assum-
pit non suas. Non potuisse Mosen, diuinitatio est. Nam illud de morbo, Ju-
daicum est somnium: hoc autē de gladio, cuini? Certe vtrunq, æque præ-
ter Scripturā. Textus, *Accidit in itinere, in hospitio, ut occurreret ei Iehonias, &
guareret occidere eum: quomodo occurrerit, quomodo ostenderit occidere
velle, textus non significat: quis diuinet? Abeunt in diuersa interpres: alii
ad morbum, alii ad gladium, alii ad suffocationem, nonnulli ad draconem:
nihil certi statuente Pererio. Caluinus suo more religiosissime, *Quia forma
apparuerit nescitur: nisi quod verba satis clare indicant, Mosen de eius ira certio-
rem fuisse factum, ut mortem sibi propinquam esse cognoscet.* Itaque non con-
stat Mosen non potuisse h: fungi partibus.*

XXXI. Præputium in terram fuisse abiectum, Caluino significarunt
haec verba, יְלֹא לְעָמֵד. Imo alii præter Caluinum. Salomonī Iarchi: Pa-
raphrasa Chaldaea. Et alii quibulam. Neque est in textu quicquam non
apte cohærens. Itaque verrit Caluinus, & proiecit ad pedes eius. Arias Montanus,
Tangere fecit pedes eius. Vatablus in minoribus annotationibus, Pro-
iecit præputium filii sui ad pedes Mosis. Non mentitur ergo Caluinus, nisi mē-
tiatur Jesuita Pererius in Exodi 4. disp. 7. Mibi, inquit, rectius, & aptius, at-
que congruentius narrationi Scripturæ senire, atque interpretari videtur, qui pro-
nomē illud eius, referunt ad Mosen: ad cuius pedes abiecit Sephoram præputium am-
putatum filio. Nisi mentitur Sa, sic annotans, Tetigitq: q. d. proiecit præpu-
tium ad pedes Mosis. Obmurmuras Sephoram contra Deum, & mari-
tum,

tum, quis non coniiciat ex his verbis? Proiecit ad pedes eius, & dicit, Certe sponsus sanguinum tu mihi es, id est, teste Sa, Causa mibi es fundendi sanguinis. Et hoc ipsum explicatus Pererio, Sephora post circumcisum filium, atque præputio eius sanguinolento ad pedes Moysi præcito, dixit Moys. Sponsus sanguinum tu mihi es: quasi diceret, Nisi ego sanguinolentam filii mei circumcisio fecisset, tu ab Angelo intersectore perisses: te igitur ego mihi denuo sponsum acquisui: non quidem dote pecunia, sed profusione sanguine filii mei. Porro ipsa phras, Sponsus sanguinum, non sonat in bonam partem: & abiectio præputii, non in indignationis signum erat? Obmurmurauit ergo viro: & qui potuit viro, ut non etiam Deo, siue mandanti, siue cogenti? Quæ cum ita sunt, quis asserat, hoc sibi Sephoram proposuisse, ut obsequetur Deo? mirum in Jesu, cui non obedientia tantum placet, sed etiam obedientia cœca. Nisi forte, ut amat ea ea superstitione, hominibus magis quam Deo obedi velint. Sed his positis, nemo pius mirabitur stultitiam Sephoræ taxari à Caluino.

XXXIII. Eliam dici hominem deprauatum: nimis vehementi zelo corruptum: turpiter vocationem suam deseruisse, vitam prætulisse diuinæ vocationi: nec simpliciter, nec recte Deo respondisse, cum interrogaretur: peccauisse, quiritando se solum è clade superstitem esse: raptrum fuisse spiritu servitutis, & vindictæ. Hæc, inquam, omnia Feuardentius ferre non potest. At quis dixit? Ex Gallico Caluini scripto, Latina facta asserit, impudentissimus Cucullio. Enim uero horum nihil est proflus, cuius vel apicem legas in Caluino: sed duntaxat allucinatum esse Eliam, cum voluit suo iudicio recensere Dei populum commentariis in i. ad Romanos. Vermilius tamen in 19. prioris Regum, primo, Elias fugam reprehendit, Peccauit (inquit) suam relinquenti stationem, in qua fuerat à Deo collocatus. Et paulo ante, id considero, viros Dei, quantum unquæ sanctos, alteris vicibus esse modo fortes, plus quam credi posset, modo humana laborare infirmata: & cum ita debilitantur, id eorum magno bono, & commodo accidere. Reprimitur enim fa-
stus, & elatio, qua sanctis facile solet obrepere: Elias præclara, & fortissima ges-
serat: quaro tentari forte cooperat elatione, ac superbis stimulis, ut Romanus
Gregorius, hec tractando, scripsit. Ideo in bonum ei cessit infirmitas, qua est per-
turbarius. Et iterum, Elias interrogationi simpliciter, ac recte, minime respon-
det, nec veram sui discessus causam refert. Oportet quippe illum dicere: Sum
redditus admodum infirmus: Iezabelis minas ferre non potui, & propterea con-
cessi huc ne ab ea interficerer, ac vitam meam pluris feci, quam vocationem
ab te mihi collatam. Hæc omnia ad verbum Petri Martyr. Et quid peccat,
quæsi? Fugisse Eliam cōstat: & fugisse auditis Jezabelis minis. At qui non ad
fuga misius erat, sed ad prophetia: & paulo ante audiuerat sibi eundum ad
Achabum, a quo quærebatur ad mortem. Et qui regem non debuit timere,
hunc laudet quiquam perterritū viuus muherculæ minis? Fugiendo quid
factum, si non deserta statio? Non enim vocatus erat, ut prophetaret in de-
ferto. Quidquid eum Scriptura dixit abesse, secundum animam suam: non
dixit fugile in Spiritu Domini? Peccauit ergo Elias: & peccauit deseruen-
do vocationem suam: Quid tum? Quæsi Deus, quænam illi causa esset
aduentus in desertum, Quid tibi hic Elias? Elias responderet, zelo factum, &
huc diuenteret: at qui contra Scriptura causam adferat minas Reginæ. Ea
fun Vermilio causa, ut negaret recte, & simpliciter responsum. Magnum
vero crimen! De spiritu feruitutis, & vindictæ, nihil lego: tantum lego:
forte tentatum fuisse elatione, ac superbis stimulis. Quod, præter calu-
miniosissimum Monachum, quis rodat?

XXXIV. De Daniele rursus mentitur spiritus monachicus: accusari à
Caluino, quod superstitione, & molesto fastidio laboraret, cum cibos
Ethnicos gustare noller. Quod zeloinconsiderato deditus esset: homo
Ieuis, & inconstans: & quod ciui sobrietas, & abstinentia simpliciter, &
absolute non sit laudanda. Quod per Chaldaam pergens promiscue cum
aliis cibos communes, lege diuina prohibitos, edere consueverit. Quod
aul ea via contraxerit: locum se præbuerit facilegii, & impietatis Na-
buchodonosoris: quod ambitionis fuerit, sociisque suis dignitates, &
muera perambitum quæsierit. En accusationem! Imo en Cōpor. 4v dī.

XXXV. Tria sunt capita distincta. Nam prima pertinet ad eam cibo-
rum abstinentiam, cui sece Daniel dicitur assuefuisse, capite primo. Hic ve-
ro tantum abest, ut quicquam Caluinus in Daniele reprehendat: ut potius
ferio lauder. Quid ergo? Nimurum suo more solers Sycophanta, id Calu-
ino impurat, quod Caluinus refutat, Queritur, inquit, an fuerit tantum mo-
menti in cibo, & potu, ut debuerit Daniel ab illis abhorrere. Hæc quæstio est:
tum in alteram partem, Videtur enim hac quedam fuisse species superstitionis:
vel saltem videtur nimis fuisse morosus Daniel, qui ita reiceret cibum, & potu
regis. Scimus enim omnia esse pura puris: & regula hac valuit seculis omnibus.
Atque id primum argumentum, Deinde nihil simile de Iosepho legimus. Id
secundum, Et postea verisimile est, Danilem usum fuisse promiscue cibis qui-
buslibet, cum polleret magno honore apud Regem. Hoc tertium, ex quibus con-
clusio, Posset videri fuisse quidam inconsideratus zelus: vel posset adscribi nimis
morositas. Si Daniel tantum ad tempus repudiauit cibum regum, fuit levitas
& inconstans, posse sibi permettere libertatem, à qua abstinerat ad tempus.
Si autem iudicio, & ratione hoc fecit, cur non persistit in suo proposito? Hæc, hæc
sunt, quæ criminat Cucullio, quasi a se, suo que leniu ea Caluinus dice-
ret: cum tamen non proponat, nisi ut obiecta ab aliis. Deus bone! quid
nos similiter non possemus contra bonos scholasticos? Nam illi similiter
disputant aduersus omnes fidei articulos. Videretur, inquit Caluinus. Au-
din' ipsissimam scholarum phrasin? Thomas. Videtur quod Deus non sit.
Videtur quod Deus sit corpus. Videtur quod in Deo sit compositio mate-
ria, & formæ. Videtur quod non sit idem Deum quod sua essentia, & natu-
ra, & infinita eiusmodi. Aut hic ergo grauissime peccat: aut cur non Calu-
inus immuni a peccato? Nam postea, Respondeo, rursus idem scholasticorū
stylus. Quid ergo responderet? Danilem abstinenisse principio à lauitiis aula,
ne inescaretur. Et paulo post, Noluit tantum sibi temperare à nimia ciborum
copia, vel à delitio, sed voluit deflectere à laqueis Sarvana, quos videbat sibi esse
circundatos. Nec dubium est, quin sibi conscientius fuerit propria infirmitatis. Et
hæc etiam in magna laude ponendum est: (audin' Sycophanta) quod sibi diffusus
voluit procul fugere omnes illecebros, & captationes. Caluinus ergo non carpit
Danilem, Monache, sed laudat.

XXXVI. At negat eius sobrietatem, & abstinentiam simpliciter, & ab-
solute esse laudandam. Os impudens! Audi Caluinum, Neque tamen hac so-
la ratio speciata fuit à Daniele, nimurum, ut sibi temperaret a ciboi & potu.

Non igitur hic simpliciter laudanda est eius sobrietas, & continentia: quemad-
modum multi torquent hunc locum ad laudes ieiunii, & dicunt hanc summam fuisse
virtutem in Daniele, quod prætulerit legumina aulicis delicias. Ita Caluinus.
Vnde ansam calumniæ Cucullio sumpsit: quasi hoc sensu Caluinus negat
simpliciter laudandam continentiam, ut indicaret in ea aliquid tuisse
reprehendendum: itaq; de suo effrons Monachus addidit, absolute, & quod
Caluinus scripsit, non esse simpliciter laudandam; ille dixit non esse simplici-
ter, & absolute laudandam: quod Caluino nunquam venit in mentem.
Quid igitur? Nempe in hoc uno codemque facto Caluinus geminā laudis
causam agnoscit, vñā ipsam abstinentiā à lauitiis aulicis: Rarissima est hæc
virtus, ut quis sibi temperet, cum cibo, & potu abundat. Alteram longe maio-
rē, pietatem: Nam Daniil, inquit, non modo sibi voluit cauere à lauitiis cibi,
& potus sed quoniam videbat, certum periculum in stare, ne inescaretur talibus il-
lecebribus, ideo simpliciter statuit in corde suo non gustare cibum aut cūm, nempe,
ut in ipsa mensa perpetuo reuocaret memoriam gentis sua. Hanc causam Cal-
uinus expendit: & ob eam multo magis laudandum censet Danielē quam
si nihil cogitasset præter abstinentiam à cibis: quam tamen ipsam rarissi-
mam virtutem esse concedit. Incipit me pudere tui, Sycophanta?

XXXVII. At idem dixit Danilem per Chaldaam pergentem promi-
scue cum aliis cibos communes, lege diuina prohibitos, esitasse. Atho-
rurus mendacium est. In argumentis aduersarii hoc vnum est, Et postea
verisimile est, Danielē usum fuisse promiscue cibis quibuslibet. Et postea: neg-
at esse dubium, eosdem quatuor adolescentes ante id tempus, & in Ju-
dæa, & in Chaldaam, cibum sumpsisti communis more, sibiisque permisisti
edere quicquid oblatum erat, Non ergo, inquit, legumina petebant cum essent
in diuersorio, & in toro itinere: sed iam cœperunt legumina petere, cum rex vellet
eos inficere suis delitiis. Hæc Caluinus. Sed nihil Caluinus de cibis, lege
diuina prohibitus. Nihil, inquam, de iis Caluinus. Sed impurus Sycophanta
de suo addidit, audacissimus calumniator. Enim uero non abstinebat adoles-
centes duntaxat à cibis in lege prohibitis: sed etiam à plurimis permisitis.
Quis n. audiuist Deum iusisse, ut solis leguminibus Judæi vescerentur, ne-
que præter aquam quicquam biberent? Hoc igitur querit Caluinus: qui
factum sit, ut tum abstinerint carnibus, & vino: ac verisimile statuit, quod
nemo ueget, ante id tempus haud ita vixisse. Sed de cibis vetitis, iterum
testor Caluino in mentem non venisse.

XXXVIII. Secundum accusationis caput erat de contractis vitiis au-
liaicis. Caluinium audiamus in caput secundum, cum describitur Nabuchodonozot prostratus, adorare Danilem, & iubete eidem sacrificari. Exori-
tur quæstio de ipso Prophetâ, quod passus fuerit ita se coli. Hanc quæstionem tra-
ctat, ut supponat ex Scriptura non apparere, vtrum hoc regis factū Da-
niel improbarit. Quo in medio cōstituto, duplice disputat: primo sup-
ponens nō improbase, Si hoc silentio prætorit, fateri necesse est ipsum aliquid
iam vitiis contraxisse ex aulicis corruptelis. Quid enim aliud diceret? Aut quis
credat potuisse Danilem non peccare in religione, si passus est non se adorari
tantum: sed etiam sibi sacrificari? Quod si ita peccauit, vnde nisi ab au-
lico contagio? Verum nihil Caluinus pro certo afferit. Secundo ergo, per-
spicue ostendit se procliuio rem esse ad Prophetam excusandum, Fieri qui-
dem potest, ut recusauerit Daniel, & ita compescuerit stultitiam regis Babylonii:
sed hoc relinquo in medio, quoniam tacetur: quanquam certe vix mihi probabile
est tacuisse, cum videret ad se transfigiri Dei honorem aliqua ex parte. Fuisse
enim tunc focus sacrilegii, & impietatis. Vix potuit hoc cadere in tam sanctum
Dei Prophetam. Hic Caluini sensus est: illa ergo Monachimera calumnia.

XXXIX. Superest tertium criminis caput, de ambitiose postulatis mu-
neribus. Atque en rursus spiritum vertiginis, id ipsum Caluino imputan-
tis, quod serio Caluinus refutat, eodem Danielis capite, Posset (inquit) hic
notari aliqua ambitione in Prophetâ, quod honores venatus suis sociis. Et rursus,
Posset hic Daniel esse suspectus ambitionis: posset etiam obici aliud crimen, quod
quæstum fecerit ex doctrina sibi diuinitus patetfacta. Atque ea est Danielis ac-
cusatio. Vbi primum quis tam stupidus est, qui nesciat quid in dicet illud,
posset notari, posset esse? Neq; sanc opus erat, ut admoneat, nisi hæc monachu-
rū dementia importuna esset. Caluinus ergo sic indicauit, ex eo loco posse
à quibusdam occasionem sumi calumniandi Danielis: neque ex suo sensu
eas promi calumnias: sed ex aliorum. Itaque statim refutans, Sed potius re-
spexit populū suum: voluit oppressis aliquid solati offere. Cum ergo Daniel,
tautus misericordia, querat aliquid lenamen populo Dei, non est cur illum insi-
mulemus vñius vitiū: quia neque priuatis commodis addictus est, neque etiam
honores appetit, vel sibi vel sociis: sed intentus est in scopus illum, ut scilicet pos-
sint socii suppetitas ferre Indias laborantibus. Et post, Deinde ex re colligere
promptum est, quia pius, & humanus fuit affectus Danielis, nihil fuisse ab ipso
peccatum. Quis credidisset vñquam in vlo homine tam desperatam esse
posse calumniandi rabiem? Dixerit Caluinus nihil à Daniele peccatum
fuisse testatur: & Sycophanta sperarent adhuc probari posse Caluinium in
eo ipso fuisse Danieli iniurium?

XL. Ad Esaiam venio, qui Caluino insolita visione ita consternatus
est, ut Prophetam se esse obliuisceretur. Nullum fuisse idem scripsit in eo
sensu, qui non obstupecerit presentia Dei: ut quasi lymphatus se in te-
nebris addidisset: imo iam desperans de vita, sponte mortem aduocasset.
Idem eidem communem rotius corporis pollutionē respuit: obliuiscitur
puritatis, quam à Deo accepit: non tantum labiis, sed & aliis partib. cor-
poris pollutus erat. In tanta vitiiorum colluie immunis esse non potuit,
quin ut reliqua corporis partes, siccipite contagione quadam inficeretur.

XLI. Ut si semper similis spiritus Sycophanta! Hæc proculdubio Cal-
uinus obletuavit, scripsique. Quid ergo peccat Monachus? Quod Judæi
contra Christum, Christus enim vere loquitus erat de templo soluendo:
quod illi criminauerunt. Æquum est è ipsa iudicium fieri. Statim initio
Commentationis in c. Esaia, Respondeo, nouum videri non debere, quod in-
solita hac visione sit confernatus, ut Prophetam se esse obliuisceretur. Nullus
enim fuit in eō sensus, qui non obstupeceret presentia Dei, ut quasi lymphatus li-
benter se in tenebris addidisset. Imo iam desperans de vita, sponte mortem ad-
uocasset. Nimurum legebat in texu diserta Prophetæ verba, V. mihi, quis
excisus sum. Et hæc quid aliud sonant, quam subitā consternationem? Sed
examine vitiosam? Imo, Ita necesse est affici pios, cum Dominus prebet signa pra-
sentia sua, ut deliciantur è statu, & extra se rapiantur. Perpetuum quod p̄s
est, i. d.

LIBER DECIMVS OCTAVVS, CAP. V.

38

est, id in vitium quisquam rapiat? Nondum auditum. Sed Monachi cuculo inducto, sensum communem exsuffunt.

XLI. De pollutione; ita Caluinus eodem capite, *Cur pollutionem restrin-*
git ad labia: an mente, an aliis partibus purus erat? Et responder, Prophetam
id notare, quod omnium pretiosissimum in ipso erat: linguam scilicet consecratam
Deo. Erat enim Propheta à Deo constitutus. *Etiam si alias peccator esset, tamen*
ob sanctam munera functionem, hac parte ficer erat. Quod tamen diuina sancti-
tatis non respondeat, facetur se etiam ea parte, qua in ipso sanctior est, esse pollutum.
Nimirum clamabat ipse, *Homo sum pollutus labiis.* Expectabatne Monachus
ipsi Propheta contradiceret Caluinus? Aur quid dixit, non quotidianum
in sanctissimis? Vt, et si puri sint: diuinæ tamen sanctitati non respondeant?
Facile autem Caluinus argumentum. Eliaias erat Propheta: Ergo eius lin-
gua peculiariter erat Deo consecrata: Et tamen ea ipsa polluta: quid de-
ceteris partibus censendum? Hoc argumentum, aut refutat Sycophanta,
aut ne sancti viri sanctis meditationibus obtrecent. Eodem ita pertinent,
Vnum è vulgo numero se facit, qui communem totius corporis pollutionem respicit
Nimirum, quia dicebat se non tantum esse pollutum labiis: sed etiam ha-
bitare in medio populi labiis polluti. Ergo, faciebat se vnum è vulgo, id est,
non exemptum ab aliorum conditione, aut eo distinctum, quod reliqui
toto corpore polluti: ipse vero sola esset pollutus lingua: sed communem
in seipso morbi agnoscit, pollutionem linguæ. Atqui Propheta erat, ideoq[ue]
à Deo consecratus. Rursus ergo, *Obliviscitur, inquit Caluinus, puritatem*
quam à Deo accepereat, eo quod subsistere coram ipso non posset. Obliviscitur
quomodo autem? Nimirum, ut libito illo in motu, tantaque conserna-
tione, non veniret in mentem.

XLIII. At contagione infectum non patitur dici Franciscanus tantum Prophetam. Egregie : quasi melius de Propheta sentiret , quam ipse Prophetam : qui cum dixisset: *Eo quod peccauerimus*, subito mutata persona , fit accusator populi , nec voluerunt ambulare in viis eius , nec audierunt legendus eius : quam mutationem prudenter Caltinus perpendens . Personam mutat inquit , quia prius secum illus annumerabat : quod membrum illius corporis esset , & reatum suum fatebatur : non quod similis esset vulgo hominum , aut eorum scelera probaret ; sed quod in tanta vitorum colluvie immunis esse non posset , quin , ut reliqua corporis partes , sic ipse contagione quadam inficeretur illi hæc iniuria opportunitym Monachus : tacitis sequentibus , Cum ergo longe dissimilis esset vulgo hominum , personam mutat , atque subiicit , Noluerunt : quo significat tantam contumaciam sibi dissimiliere , nec illo modo , aut ei connisiere , aut assensus significacionem prabere posuisse . Laudat ergo Caltinus eum ipsum , in quem iniurium illum fuisse audacissimi volunt Cuculliones .

C A P. V.

De Consuetudinibus in Sanctis Noni Testamento, Baptista, & Iosephum

I. IN Sanctis Noui Testamenti , Joannem Baptis tam, Josephum Virginis
Ivirum, Simeonem, Annam , Centurionem, Martham , Magdalenam
denique Mariam ipsam Virginem Feuardentius nominat.

II. In *Baptista* tamen iræ conceptæ partem maximam in Brentium exonerat: de quo viderit ipse. Caluino obiecit, dixisse, *Ioannem* allucinatum non expendisse aliorum causa fuisse Baptismum à Christo postulatum: atque hanc allucinationem errorem appellasse.

III. Magnum crimen scilicet, & dignum ita Franciscana! Non fert al-
lucinatum dici Joannem. Quid ergo tanti criminis est in vna vocula, vt in-
tolerandum blasphemaret Caluinus? Nam allucinatur, ni fallor, qui quo-
quomo^d suo iudicio fallitur, siue de rebus non recte iudicat. Quid ergo
Baptistes? Re*c*tene iudicauit de baptizando Christo? Non creditit Calui-
nus, nec debuit, ne iniuriam Christo faceret ipsi. Nam Christum noleba-
ille baptizare: & putabat a se non baptizandum. At Christus volebat ab eo
baptizari, & se ab eo baptizandum, *Sic enim*, aiebat, *debet me implere omni-*
institutam. Qui potuit in eadem re tanta esse discrepantia, vt tamen neutre
sit allucinatus? De Christo, impium cogitare. Ergo de Joanne certum.

I. Scio ratione pugnasse admodum plausibili: quod non ipse baptizare Christum deberet, sed à Christo potius baptizari. Pie fane, tum de se sentiens, tum de Christo: quis enim neget? Sed in hoc allucinatum Calvinus dicit, quod non causam sumeret pro causa. Itaque notauit non perpendisse Christum, non sua causa postulasse baptismum, tunc enim valida fuit set consequentia, & Christus ipse fuisset allucinatus: sed aliorum potius hoc, quia non attenderet, ideo dixit allucinatum. Itaque monitus à Christo obiiciente suum officium, acqueuit, & impleuit, quod iubebatur, & ab eo iubebatur, quem nosset iam s' longe maiorem esse, vt pote à quo exeteret baptizari.

V. Nec errorem seuerius dixit. Nam id etiam leue nomen est, & longius, quam peccatum. Nempe, quoniam omne peccatum voluntatis sit at error etiam iudicii. Itaque negavit hoc errore quicquam fuisse minus de Joannis dignitate, *Non obstat(ait) particularis error, quin rite, & legitime officio functus sit.* Quanquam etiam si peccatum dixisset, nihil fuisset, quod quisquam vir pius damnaret. Nam & Joannes non ~~avocatus~~ quia non Deus. Et Christo iubenti contradici sine yollo peccato, dicant, quod homines sanctos transformant in idola. Ego nunquam crediderim.

VI. In Iosepho Caluinus notauit, quod Virginem suspectam habuerit adulterii, imo ultra suspicionem procedes adulteram esse persuasus fuerit. Non negamus sic Caluinum loquutum. Sed, si quid in eo peccatifuit: cur Caluinus solus plectitur, qui post alios, & tot, & tantos peccauit? Narrauit Matthaeus Josephum postquam competerisset Mariam prægnantem noluisse traducere, sed aedegos deponere, clanculum dimittere. Caluinus hinc colligiri persuasum fuisse grauidam. Peccatuitne? Inquiramus.

VII. Tres eius loci notantur expositiones, quas Salmero collegit, & examinavit: ego post eum. Prima asserit Josephum dubitasse de Virginis castitate, valdeque excriuciatum fuisse, quod eam prægnantem videret, qui sciret se non attigisse: additio, neq; cuiquam præter se ius fuisse attingere. Secunda, nihil mali fuisse suspicatur, sed tatum ignorasse incarnationis mysterium peractum. Tertia, quæ negat ignorasse hoc mysterium, sed se tanto honore premodestia, tantèque Virginis consortio indignum existimare. Hatum trium, primā Salmero communio rem, & quam prima facie textus Euangeli videatur porrigitur, non dubitat fateri: ctsi in tertiam totum propendeat. Ego inquiram diligenter.

Egonius.
Tom. II.

VIII. Authores habet prima sententia quam amplexus Calvinius, Venerabiles. In quibus Justinus est in colloquio cum Tryphonem, q̄ Iosephij est in Maerlam p̄ficiens et p̄p̄ḡo cōscilium tibi mandat. autem in Mattheo, vocat eum iuxta p̄kōmōrū avīn̄, id est dicit oītōs Cias auctor, tēt̄ iūd̄ ap̄c̄t̄, dicit oītōs uāl̄. cōscilium sūt̄ m̄h̄ cōs̄balet̄ r̄t̄, yūn̄q̄a aūt̄, Iosephus etiam Mariam sponsus, consilium primum cepit; Mariam sponsam repudiandi existimans eam grauidam ex consuetudine viri, hoc est, è stupro: sed per visionem iussus est, non reūcere uxorem suam. Chrysostomus homilia in Matthaeum 4. vehementer Iosephum commendat, quod zelotypia non cederet; iūp̄t̄ p̄p̄t̄ iūp̄t̄ t̄lū v̄n̄x̄l̄ iūl̄ob̄p̄r̄s d̄c̄t̄iāl̄ m̄f̄l̄o n̄eis q̄l̄ol̄t̄p̄t̄s v̄t̄p̄f̄iā iūp̄t̄iāl̄. cōscilium sūt̄ iūt̄ v̄t̄p̄f̄iā l̄t̄ t̄lū t̄lū j̄s̄t̄p̄s̄t̄s̄ t̄lū v̄t̄p̄f̄iāl̄. d̄l̄k̄' s̄p̄t̄s̄ t̄lū l̄t̄ p̄t̄d̄s̄ x̄s̄t̄p̄s̄, os m̄n̄d̄t̄ s̄t̄l̄t̄p̄t̄s̄ t̄lū v̄t̄p̄f̄iāl̄. Et ne quidem plorosque nouimus velle animam p̄t̄ius amittere, quam in tormentis zeli, atque huiusmodi suspicionis incidere. Quanquam hic, qua tandem dicuntur esse suspicio, ubi ipse eteri tumor videbatur factum arguere? Sed tamen ita erat illa vir ab huiusmodi passione mundus, ac liber, ut ne in minimis quidem Virgini vellet inferre molestiam. Theodoretus Dialogi i.c.9. d̄ Ioseph d̄z̄, oītōs t̄lū v̄t̄p̄f̄iāl̄ m̄s̄t̄l̄o iūt̄ v̄t̄p̄f̄iāl̄, Ioseph, cum ignarus esset mysterii, sup̄icabatur adulterium:

I X. Augustinus sermone 16. de Verbis Domini , Attendite quemadmodum vir iustus Joseph tanto flagitio; quod de uxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit; antequam sciret unde illa conceperat; quia gravida semper erat. Et se ad illam non accessisse nouerat: restabat itaque certa adulterii suspicio. E post, Mariti dolor non vindictam quasi sui: Voluit prodesse peccanti, non puniri peccantem. Epistola 5.4. Joseph, cui Virgo Domini mater fuerat sponsata, cum eam compresisset esse pregnantem, cui se nouerat non esse commixtum, & ob horum nihil aliud quam adulterium esse credidisset, puniri tamen eam noluit. Sermo 1. in Natali Domini 18. de Tempore, et si neque Augustini sit, neque homini grauis, aut cruditi, tamen hunc locum impleto, Turbatur Joseph homo iustus, quod Mariam nunquam (lego quam) de templo Domini accepérat, & nondum cognouerat, & grauidam sentiebat, & quam non meruerat in coniugii honorem, iam haberet in confusione: secundum dñs affluens deputat, dicens: Vnde hoc contigit, quod euenit? Non cognoui, non noui, non tetigi, non violavi, non grauidavi. Heu, heu, quid contigit? Quid putas, euenit? Per quem Maria sic cecidit: quem sibi plusquam me adulanter inuenit? Paulo post, Quid ergo faciam quid agam? Anxior, doleo, curro, confusum quoque; nec penitus inuenio Prodo adulterium, aut raeceo propter opprobrium? Si prodidero, adulterium quidem non consentio, sed nauis crudelitatis incurro, quia secundum libri Moysi sententia, lapidandam esse cognosco. Si tacuero malum, consentio, & cum adulterio portio nem mea pono. Quoniam ergo sacre malum est, adulterium prodere peius est; per me fiat homicidium, dimittam eam coniugio. Cogitauit, inquit, sicut Euangeliū dicit, occulere dimittere Mariam coniugem suam. Cogitauit, quod esset redi adulterio, cum iam esset deterior in mente huius suspicionis mala conceptio.

X. Rupertus, *Et reuera hoc erat iusti hominis, nec tantum iusti, verum etiam pii, quod hinc timebat cōsentire peccatis alienis; & inde abhorrebat uti permisso, vel seueritate legis dicentis: Quod si non est in puerula inuenta virginitas eiuc̄ient ea extra fores domus patris sui; & lapidibus obruent viri cuiusatu eius & morietur, quoniam nefas fecit in Israel, ut fornicaretur in domo patris sui, & auferes malum de medio tui.* Euthymius, *Traducere dicebatur, quando vir a concilium ducebat uxorem, de qua suspicitionem habebat.* Eusebius Emisenus, *ille qui quis est, homilia, in vigilia Natalis Domini, intellexit hoc iān dem & Ioseph, & sponsam suam grauidam esse cognouit. Mirabatur igitur, & circumsponsam suam Zelotypia movebatur.*

XI. Hi Veteres: sed & Papistæ non pauci. Cajetanus, *Significatur tantum iustitia Ioseph (ut iustitia, est nomen veræ rectitudinis animi) ut duo vellet, scilicet, & consilere sibi ne cohabitaret adulterio, & consilere coniugi, ne vixipera ret eam.* Jansenius Concordia cap. 7. *Ostendit ipsum ob adulterii suspicitionem iam diuortium meditatum fuisse: quem Deus fluctuare secum, ac de Virginis predicticia dubitare permisit.* Lucas Brugensis, *Cum cōperisset uxorem esse pragnantem, cui se nouerat non esse cōmixtū, & ob hoc quanumvis nihil aliud quā adulterio credebat, nolebat tamen consanguineā filiam, honestis parentibus, & sui amatissimā ortā, in exemplum statuere ignominia familiaria. Et post, Hac eo cogitante Haec de dimittenda ob compertū, quod extimabat adulterium, uxore. Barradius Cōmetatariorū in Concordiā, tom. i. lib. 8. c. 6. *Est ergo sensus germanus, Ne timeas accipere coniugē, quod sit adulteria, quia grauidā cornis: Etenim grauiditas, nō a homine, sed a spiritu Sancti opera est. At quid timebat Ioseph, si Virginem acciperet? Respondeo: timebat adulterium: vel, ut Chrysostomus respondet, timebat ne Deū offendiceret, si cum ea copularetur habitatione, quā adulteria suspicabatur.**

XII. Est ergo, non Caluini vnius, sed multorum sententia: & quidem tam multorum, ut communiorum nominaret Salmero. Quid ergo Monachus solum delegit Caluinum, quem toderet? Potuitne legitima villa causa esse, & non potius seeleratissimum odium? Ita est: & ita sese Monachorum plerique transuersos ferri patiuntur, ut quos iure non possunt, malitiose traducant.

XIII. Sed Salmero: Doctotibus, inquit, Doctores illustres, Veteres, Orthodoxos opponimus, fortioribus fortassis rationib^o instructos, atque munitos. Ait ego, rationes, inquam, iam iam vixum imus: sed doctores plures in eam ire partem habemus ab Salmerone confessum. Plures autem paucioribus preponderare certum, si cætera sint æqualia. Quanquam non in æqualia. Nam ex Veteribus nullum habet præter Origenem, & Theophylactum, & autorem operis imperfecti in Matthæum. Deinde recentes Radchardum de Sancto Victore, Bernardum Gersonem, Eckium, Cathariaū omnes nec nomine quidem comparandos cum iis quos laudauimus. Et Theophylactum quidem etiam in iisdem nominatum ab ipso Salmerone reuera ambiguum in utramque sententiam.

XI V. Unicum Basilium, magnum nomen, visus est habere: sed certantum visus. Aut enim ego nihil intelligo: aut nihil Basilius haberet in eam partem. Locus est ex homilia de humana Christi generatione, Αἱρέται εἰς ὁμιλίαν την κύριην, Εἰς τὴν αἵρεσαν, ἣν εἰς πιθανότερον ἀγίαν. Διὸ φοβοῦσθαι τινά της γυναικῶν αὐτὴν ἐπομένων ἡ θεολογία λαζαρίσει τούτην, μη τοις οἷς δημοσιεύσῃ τοι κατ' αὐτήν. Διτετοῖς ἢ ἀντίτυπον ἢ πατεραλίαν Φερεὶς την πατέρα την γῆτεν την εἰδομένην, Λέγετο κυρίου φίλοτά τοι κατ' οὐρανὸν λέγοντες φίλοντος φίλοτά την γυναικά την. Μηδ' εἰσοι σώσουσθε, οὐτὶ τοις ιδίοις αἴτιοις συντίκαιοι την ἀμάρτημαν δικαιούσας γε την Κυριογένεσίν, την πατέρα

καὶ ἐπέδεις σταθῆ τὸν θεογονίας πεπάλιντην· αὐτὸν φορεθῆς τὸν θεογονίαν
Μαρία μὲν γυναικαῖς τὸν θεογονίαν οὐτούς τοὺς γανέτες εἰδεῖν οὐτούς, αὐτὸν οὐδεῖτο αὐ-
τῷ τοι πιστεῖν· ἀλλὰ πεπληρωθέν, Ἀμbo inuenit Ioseph, & conceptionem,
& causam, quod ἐν Σpiritu Sancto. Quapropter timens eiusmodi mulieris vir no-
minari, clāculum ipsum dimittere voluit, non augs publicare, quomodo res ipsius
haberent. Cum autem esset iustus, assecutus est mysteriorum reuelationem. Nam
dum hoc ipsa animo versaret, Angelus Domini apparuit ipsi per somnum, dicens,
Ne timeas accipere Mariam uxorem tuam: nec illud cogita, quod suspicionibus
absurdis obumbrabat peccatum: Iustus enim appellatus es: non es viri iusti, ini-
quitates silentio contegere. Ne timeas accipere Mariam uxorem tuam. Ostendit,
quod non moleste tulit, neque fastidit, sed timuit ipsam velut Spiritu S. repletā.

XV. Hæc Basilius, quæ quo magis verlo, hoc minus concipio eius men-
tis quam Salmero concepit. Neque ignorasse Jolephum mysterium huius
conceptionis: Et se tanta Virginis confortio indignum existimasse. Quæ
quidem oportuit sic fuisse ante Angelus apparitionem: ad id enim temporis
pertinet quicquid hoc est suspicionis, & zelotypia. Primum ergo falsum
est Basilio dictum, fuisse cognitum mysterium ante eam reuelationē. Nam
contra quicquid cognitionis meminit, id refert ad Angelum magistrū. As-
secutus est, inquit, mysteriorum reuelationem: nam dum hoc ipse animo versar-
et, Angelus Domini apparuit ipsi. Hæc causa cognitionis. Itaque ante eam
causam cognitionis nulla.

XVI. Deinde si existimauit se Joseph in dignum hac coniuge: Ergo nihil
in ea peccati suspicatus esse potuit. At Basilius contra ostendit. Nam hæc
verba eo pertinent, Nec illud cogita, quod suspicionibus absurdis obumbrabis
peccatum. Nam hoc quomodo poterat cogitare Joseph, si nihil nisi sanctū,
et diuinum de Virgine cogitaret? Semper est Basilius: Angelum occursite ob-
iectio, quam opponere poterat ille iubenti assumi uxorem, etiam grauidam.
Atqui si assumam, peccatum obiecturus sum. Non est id autem iusti,
qualis ego dico. Respondet Angelus, non debere eo moueri: quoniam
nihil sit præter virtus virtus, non autem vñlum peccatum: quandoquidem
conceptio fuerit ex Spiritu Sancto. Certe non potuit solui obiectio
absurda: si nulla fuit absurdum obiectio.

XVII. Titillarunt Salmeronem postrema verba, Ostendit, quod non mo-
lestie tulit, neque fastidit, sed timuit ipsam velut Spiritu Sancto repletam. Sed
hoc leuiculum est: quia consequitur reuelationem mysterii, vt sensus sit,
tunc cum audiit Ioseph, rem, vt se haberet: ostendit, vxore sibi, neq; mole-
stiam, neq; fastidit, id est, neq; odio, neq; fastidio eius veniente in eas cogita-
tiones, sed tantum ob suspicionem peccati. Tunc autem non tantum li-
benter admittere, sed etiam timere tanquam plenam Spiritu Sancto.
Omnino cum oportet esse sensum Basilius.

XVIII. Sed suos autores a rationibus instructiores existimauit Salmero:
itaque, & suas eis affinxit, & nostras conatus est refellere. Vt trunque videamus.
Nostræ desumuntur ab ipso textu. Et prima quidem à verbo traducendi,
Cum esset iustus, & nollet eam traducere. Respondebat Jesuita: Traductum
fuisse, vel ante tempus rem euulgando, detegendoque, vel quod si manifis-
set cum ea, existimanda esset, necessario corrupta, & à se cognita.

XIX. Sed τὸν θεογονίαν, longe est alia vis: quam obseruare coacti
sunt recentiores Interpretes, propter nonnullos Græce imperitos, qui tra-
ducendi Latina voce decepti longe aberrant. Titelmanus in Elucidatione,
Cave intelligas, in domum ad secum cōabitandum adducere. Nam, qui
ita sunt interpretati (Et in his ille Eusebius Emissenus) ex lingua Græca igno-
rantiā latī sunt. Vnde ergo eius verbi Maldonatus expressit, Ignominiose ac-
cusare. Brugensis, Exemplum statuere, publicare, infamare, in ius trahere, le-
gum exemplum in eam edere, populi fabulam reddere probrum inferre, & crimi-
ne diuulgato, ipsam ignominia afficere. Hæc enim Græca vocis significatio compe-
henduntur. Vide Jansenium, Barradiū, & omnibus præcūntem Erasmus.
Itaque negatur traducturum fuisse, vt rōmī modo, quem Salmero designauit. Imo, contra Maldonatus, Id autem fecisset, si in iudicium vocasset, & om-
nium oculis, tanquam adulterii ream, proposuisset.

XX. Et sane oppositio obseruanda: cum nollet traducere, voluit dimittere: vnde certum est, si dimisisset non fuisse traducturum. Atqui hoc fal-
sum, si ad traducendum satis fuisse, rem euulgare. Nā, præter quam quod
ipse tumor vteri ad euulgationem sufficiebat, etiam dimissio erat confir-
matura diuulgationem, & additura manifestam adulterii conjecturā. Ita-
que, oportuisset Josephum potius, cum nollet eam traducere, cogitasse et-
iam non dimittere: sic enim adulterii suplicio nulla fuisse apud alios.

XXI. Sed si retinuerit, ait, necessario fuisse existimata corrupta, vel ab
ipso Josepho cognita. Egregie. Quasi qui grauidam viderent, & dimissam,
necessario credituri essent virginem intactam. Tum autem à Josepho cogni-
tam, quid habebat suspicionis? Itanc apud Judæos solos mos erat, vt op-
probrio esset nuptias à viris cognosci? Sed nimis ille habuit præ oculis
fabulam illam, quæ apud superstitiosos inualuit, datam fuisse publico con-
filio virginem hinc viro, vt intactam sruaret. Sic est μήδων εἶπεν.

XXII. Altera nobis ratio a lege Judaica, quæ iubebat adulteras lapida-
ri, publico damnatas iudicio: vt facile appareat Josephum hanc habuisse
præ oculis, cum nollet eam τὸν θεογονίαν, sed, & dimittere, & λαθεῖν,
clanculum dimittere: nimis, quia videbat, si aperte ageret aduersus
eam, futurū, vt non posset liberare ab extremo supplicio. Euthymius, Quod
nolens facere Ioseph, voluit clam dimittere eam, ut, & ipse nulli obnoxios crimi-
ni secundum legem maneret, eas invenientem dimittere, qua aliunde in vitro habe-
rent, & illam à malorum perseptione seruaret, qui id quod factum erat, non ma-
nifestabat. Fetus, Vt, & salutis, & fame Virginis consuleret, cuius inculpatissi-
mos mores habebat compertos. Palam enim diuortium fieri non poterat citra peri-
culum vita, & infamiam Virginis. Hanc rationem Salmero dissimulauit.

XXIII. In terra laborauit, quæ est ex verbis Angeli. Etenim si ob reue-
rentiam conceptus existimauit le Josephus indignum, eo coniugio: Ergo
necesse est ei cognitissimum fuisse conceptus mysterium. At non fuisse
constat ex verbis Angeli, iubentis ne timeret assūmere, & rationem redi-
dentis sumptam ab hoc ipso conceptus mysterio: quo auditio, qui antea
meditabatur diuortium, nunc tandem acquiescit.

XXIV. Respondebat Salmero, id non euinci ex textu. Primum, quia He-
breus quidam codex Matthæi habeat, Ne timeas, vt accipias Mariam con-
tra eum tuam: quia id quod natū est intra eam, de Spiritu est: id est, ne timeas eam
accipere ob hanc cautam, quia quod natū est in ea, sit de Spiritu Sancto:

sed cognoscere hoc in re esse operam tuam necessariam, vt ei officia patti exhibeas. Et ita Theophylactum explicare. Deinde particulam & Græce interdum esse afferentis, & valere, eisdem certe, vt sensus sit. Certe, quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est.

XV. Ast ego in isto, id ipsum euinci ex textu. Et ita obseruatum pridem. Nam Basilius iam dixisse: Cum esset iustus, assecutum esse mysteriorum cognitionem, quoniam hæc eo cogitante Angelus ei appaseruit. Sermo ille apud Augustinum duodecimus de Tempore Angelivis, τοῦ φεγγίου, exponens, Ausfer Zelotypia animum ex ea. Ipse enim est Dominus, qui impregnauit eam. Ideo tristis est anima tua, quia quacunque legisti in prophetia, non intellexisti in Maria. Hinc est omnis tristitia tua, quoniam ipsam tuam nondum cognoveris, & gratuidam senseris, nec aliud in ea, nisi adulterium suspicaris. Janlenius, Deus, qui passus est virum iustum ad tempus, falsa de Virgine suspicari, ac secum cogitare de diuertio, non diuinus permisit eum in hac suspicione, & cogitatione detinere, ne iustus ignorans iniustam rem faceret ex intentione, & voluntate iusta. Maldonatus, Ex consequentibus manifestum est, eum ignorasse, unde Virgo sacra conceperet: propterea enim voluit dimittere propria ab Angelo doceretur. Mitto alios: sed Barradiū describo, Libentissime hinc sententia subscriberem (qua videlicet Salmeronem titillauit) si cum Eu-
angelista verbis recte cohæret. At ex illis, se recta expendantur trutina (atten-
de Salmero) appetet Iosephū ante Angelis apparitionem plane ignorasse D. Virginem diuinitus ex Spiritu S. conceperet. Ea enim ab Angelo causa redditur, cur dimittenda non sit. Paulo post, Dicendum ergo est, Iosephum conceptus ex Spiritu S. ignarum fuisse, & ex uesti tumore mali aliquid de Virgine existimasse. Hæc ille. Sed priorem tamē omnibus Ambrofum peccatum sit omitte: Eius hæc verba sunt, cap. 5. de Institutione Virginis, Quid praedicat Maria: si cœlestis consilii mysterium Ioseph non intellexit, & putauit Virginem non esse, quam prægnantem videret? Et paulo post, Quomodo homo potius diuinū scire secretum, quod Angelis nesciebant? Item, Hoc a. opinatus est, quod traduceret eam, quasi ream, ante quā ab Angelo moneretur: postea autem, quasi fidelis, nec dubius, virginitatis eius seruauit oraculum. Vide Christophorus à Castro c. 6. hist. Deiparae, notat, 10. vbi tractatur hæc res ex professo.

XVII. Sed Hebreus contextus, unde, aur cur obicitur? Is, ni fallor, codex est, Munsteri: quanquam Tilius codex non discrepat hac latem parte: sed quod illud intra eam, בְּתַחֲנָה dixerit ex ea. Veruntamen inepit Salmero, qui existimet, illud כ rationem reddere cur timuerit Joseph: & non potius, cur non debuerit timere. Nā, vt concedā ambiguitatē: cuius proprietatem secutus sit etiam Syrus, profecto plus oportuit deferri Græco textui, quam Hebraico διηγέα φο, atque huic quidē sēpe grauius peccanti. Enimero quis nescit Hebraicam illam particularē substitui pro Græca, Latina enim, vel nam? Non erant procul exempla repetenda: sed ab eo ipso contextu, καὶ τὸν αὐτὸν οὐαντὸν τὸν γανέτον λαδὸν αὐτοῦ, Vocabis nomen eius Iesum. Ipse n. saluum faciet populum suum. Sic Græce, & Latine. At Hebraice in codice Munstero, שְׁמֹו וְתִקְרָא אֶת־שְׁמֹו יְהוָה. Et vocabis nomen eius Iesum quia ipse saluabit populum suum. Sic Matthæi 8. cum legimus, Αὐτὸν μόνον, εἴ τοι οὐαντὸν λαδὸν αὐτοῦ οὐαντὸν τὸν γανέτον λαδὸν αὐτοῦ οὐαντὸν λαδὸν αὐτοῦ οὐαντὸν λαδὸν αὐτοῦ, Sed tantum, Dic verbum, & sanabitur filius meus. Etenim ego etiam homo sum, habens sub potestate meam milites: sed potius sufficere Domino verbum proferre. Brugenius, Argumentatnr à minori. Si ego homo, cum sim alterius subditus potestati, quia aliquibus presum, in quos mihi autoritas est, multa solo verbo, solo iussu facere valeo, il-
lis nimis mandatis meis obtemperantibus: quanto tu magis qui nulli crea-
turae subditus, praes omnibus, neesseque est, ut tua omnes pareant voluntati? Et tamē eadem proorsus partcula est apud Munsterum, כ, גם אני אֶת-
סiquidem, & ego sum homo. Sic ludit Jesuita, sperans in te nihil certos triumphos.

XVIII. Itaque verissimum est, reddi ab Angelo rationem, quare acci-
pienda esset Iosepho vxori. Janlenius, Reddit rationem, quare mettere non
debeat: Quod enim, inquit, in ea natum est, de Spiritu Sancto est, quasi dicat:
Tu quidem metuis eam tibi adiungere, quod cum conceperet eam, & tamen non
ex te scias, ex alio viro per adulterium conceperet: verum ego tibi affirmo eius
concep̄tum, sicut non est ex te, ita nec ex alio esse viro, sed de Spiritu Sancto. Bar-
adius, Apparet Iosephum plane ignorasse D. Virginem diuinitus ex Spiritu S.
concep̄tisse. Eā, ab Angelo causa redditur, cur dimittenda non sit. Nol timere,
ait Angelus, accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de
Spiritu S. est. Quasi dicat: Times accipere quod tunc sentem vterū, ab homine ge-
nitū fœtū gerere supliciter: ne metuis: vterū integrerrimi cōceptus, non ex homine,
vt suspicaris, sed ex Spiritu Sancto est. Ferū omittit, & Titelmanum, & alios.

XVIII. Quidigitur? Nempe lusit in argumenta nostra Salmero: vt
imponeret ius, quibus solenne obseruare, non quid quis dicat, sed quid
quis non taceat. Nunc opponit nobis argumenta tredecim, vt solet, cum
ad aliquid, quicquid sit, tandem animū adiecerit, abundare τοιζεπνεύσω,
sed vt perinde sit solidorum, an futilem: certorum, an incertorum. Tros
Rutulusve fuit nullo discrimine habetur. Deuoremus hanc molestiam.

XIX. Prima ratio. Quia, invenientur habens de Spiritu Sancto: simul, &
coniunctum lege, ait, inueniam de Spiritu Sancto: alioqui diuidendo, vis
manifesta litera fieret: quemadmodum Basilius, & Theophylactus ex-
ponunt.

XX. Recte, inquam, invenientur habere de Spiritu Sancto: & quidem
inuenientur viro. Si quis repugnet, manifestam vim faciat textui. Sed quid illud
est coniunctum legere? Non exp icasisti Sophista, vt lateret dolus. At nos
non patimur, tam fœde imponi viris bonis. Itaque dicimus Euangelistæ
propositionem esse, Compertam Mariam esse prægnatam ex Spiritu Sancto. Sed simul eodemque momento comperit a viro suo, aut etiam ho-
minū quoquam, & prægnantem, & à Spiritu Sancto: negamus strenue, Sed ordine cōsideramus Euangelistam docere, primo comperit fuisse gra-
uidam, atq; id doluisse marito: deinde huic marito dolorem exemptum,
docto in somnis conceperet à Spiritu Sancto. Neque aliter Basilio vīsum,
qui duo disparat capitula τοιζεπνεύσω, & τοιζεπνεύσω: atq; hanc cognitā, non nisi
Angelo reuelante Theophylacto, si aliter vīsum, male. Janlenius, Ne vero
quispiam turbetur eo quod dixerit, Reporta est esse grauidam: si hoc solū audiat:
ideo aūcīcet, & Spiritu Sancto: Qua tamen oratio non potest coniungi cum toto illa
precedent,

precedenti, inuenta est, habens in utero: cum Ioseph, qui reperit eam esse gravidam, non intellexerit eam gravida esse ex Spiritu Sancto: sed coniungi tantum debet cum participio habens, et si sensus, inuenta est habens in utero, habens, in qua non ex utero quidem, sed de Spiritu Sancto.

XXXI. Secunda ratio. Debile argumentum erat, parvus ventris tumor, qui ex aliis causis poterat prouenire. Nam si verum quorundam dictum post Angelii annuntiationem, & cognitam Messiae in ea conceptionem, statim voluntate dimittere, certe nullus tunc fuisse ventris tumor. Tu cur non potius ab illa flagitias, quid rei esset? Reuelasset enim illa, & ille credidisset.

XXXII. Parvus, inquit, ventris tumor. Quasi spectasset ipse, & esset dimensus. Sed quid si magnus pura quatuor mensium? Nam mox, ut Angelus discessit ab ea salutata, illa profecta est cum festinatione in montanam regionem ad Eliabernam confobrinam suam, apud quam mansit tres circiter menses, reuersa tandem Nazarenam, quo & Josephus venit, ut nuptias celebraret: & eam cum Ioseph, ac familiarius inuiseret, ex uteri tumore gravidam deprehendit. Haec historie texture est apud Christophoru de Castro Jesuitam, historia Deiparae c. 6. A quo nec Jansenius recedit: nec Barradius. Et ut magis miseris, ne ipse quidem Salmero aliter suos tractat ordinavit: qui tamen nunc exiguum tumorem communis sit, credo, obstetriciam aliquando funetus, & quidem paulo aliter quam Socrates. Sed ut sit, tamen Mathaeus testatus est, competitam fuisse uterum gerere: paulo certior testis, quam Salmero conjector. Dato sane quantum vole, quātulum ut tumorem: tamen is certus fuit index uteri: non vilius alterius rei. Quare, & vos tacete Vtopici doctores, nec nominati, nec nominandi, qui divinastis statim post salutationem Angelicam, hoc cogitarum fuisse diuini. Idem, credo, qui acceptum à paucis primis somniis de indignitate mariti, puras excolendum: ut verum esset, nihil tam absurde dictum vnumquam, quod non suos nasciscatur fautores.

XXXIII. Reuelaturam fuisse Virginem, crediturum etiam maritum respondenti causam, sit verisimile: sed si nescimus, cur non interrogari matrus, ideon' nos oportet tuis deferre conjecturis? Sed redibit haec subtilitas iterum in undecima ratione: quare, & nobis differatur examen.

XXXIV. Tertia ratio variis pugnat capitibus, cōiecturas autor appellat. Prima est ab ipsa Maria persona, cui' nativitas fuit admiranda, nō sine miraculis, & quidē maioribus, quam fuit illa Baptista: tum vero è admiranda presentatio in templo, & ibidem mansio, sed & desponsatio miraculosa.

XXXV. Imo, inquit, fabulae fabulae nunquam confirmant. Neque nobis persuadet vnquam, quantumvis acerrim⁹ Sophista, Iosephū tunc temporis, aut scisse, aut inquisisse, quid aliquo post te denatū feculsi somnaturi essent otiosiores homines, quā religiosores. Itaq; gemina respōsio est: prior has fabulas nō portuisse, re impedita ipsam, id est, efficer, vt nō aliunde conceperet, quam à S. Sancto: deinde ne id quidem, ut hoc non conceperet Josephus: nam est interdum fabulae persuadent multa, & plerunque etiam maxima, quod ipsorum Papistarum constat experientia, tamen nunquam persuadet, nisi audita, & credit⁹. At Josephum, qui has audiuit nunquam, ne credidisse quidem appareret: itaque non si potentissim⁹ sunt in Jesuitarum animis, ideo mouerunt sanctum virum.

XXXVI. Altera conjectura: Joseph inuenit tumidum uterum, vel ante salutationem Elizabethae, vel post. At nō ante, quia nullus. Ergo post: nam poterat exactis tribus mensibus intumuisse. Sed enim in eo itinere fuit Virginis comes Josephus: Itaque audiuit Elizabethae verba, Benedic tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Et his auditis, quomodo potuit sibi quisquam suspici? Fuisse autem comitem probat, ex eo quod diuinus consilio fuisse vir assignatus, ut esset perpetuus, ac indiuuidus comes, ac minister, & inviolata pudicitiae testis.

XXXVII. Respondeo, negari fuisse comitem Barradius, Cardinalis Castellanus, Vignerius, Bonaventura, Soares, & alii arbitrantur Ioseph simul cum Deipara Virginem, Elizabetha domum iussisse. Sed si uuit, mysterium sane cognovit: quod tamen non cognovisse, ex Matthaeo colligimus. Respondendū ergo obiectio, Iosephum in emeratam Virginem non fuisse comitem. Salmeroni-ne potius defendit? Nam nec quisquam dixit Euangelistarum. Nec videtur. Fuerat ille vir assignatus, & quidem diuinus consilio: sed nec solent viri ante celebatas nuptias perpetui indiuulsique comites esse despontarum: nec vero etiam post illas celebatas, ac vero etiam si velis contumatas, nunquam non discedere ab earum latere. Erat delectus testis pudicitiae: ita est, inquit: sed ut re potius, quam in instituto: id est, ut tamen nesciret hoc ipsum: quomodo plurima Deus perficit per homines nescios, & non cogitantes.

XXXVIII. Tertia conjectura. Non tantum fuit illi comes: sed etiam mansit cum illa, ne, cum mansisset apud confobrinam tres menses, parum honori, tum eius, tum Christi foret consultum, & existimatum ex alio quam ex viro concepisse.

XXXIX. Nugae. Nam si non fuit comes, ergo non mansit cum illa. Neque vero ea ratio bona consulendi honori Virginis. si ab ea nec noctu, nec die diuelleretur, cui nondum plenum ius erat viri, nondum celebratis nuptiis. Tum autem hic nunquam diuulsus comes, scisser ab alio intactam fuisse: quod tamen contra suspicatus est. Vnde illa verba Salmeronis 18. de Tempore, Heu, heu, quid contigit? Quid patas, enenit? Per quem Maria sic eccecidit? quem sibi plusquam me adulantem inuenit? Porro consuetudin honoris rationes Deo sua constitutae, ultra quam Jesuita potuerunt conceperet, ut illis coniectoris nunc nihil sit opus.

XL. Quarta Coniectura. Vbi, quæso, tantum facinus patratum? In templo-ne, an in domo paterna, an in Zachariæ?

XLI. Tu quæris, vbi à Virgine sit patratum adulterium, & scelus? Tu id interrogas. Respoader Catholicus: Nusquam, nusquam, Sophista, patratum. Neque id quisquam disputat. De suspicione Josephi quæstio est tota. Neque consequens est, si nusquam patratum sit facinus, etiam nunquam suspicatum fuisse Josephum. Quis enim nescit, ea etiam in suspicionem venire posse, quæ nunquam sint admissa?

XLII. Exhaustis conjecturis, redditur ad rationes: haec ergo, quarta est. Si sciebat Joseph Mariam, voto virginitatis addictam, quomodo tam cito, tam leviter, tanti sceleris ream voluit suspicari? & sacrilegam ex fratre voto, per fidem, & inconsideratam, quæ, quod viro erat natura, soli stupratori concederet? Si item nihil audierat, nihil viderat, ex ore, nutu, gestu

Tom. II.

Virginis non summe laudum, non summe pudicum, & venerandum, quo pacto in talem cogitationem venire potuit? Certe bona opinio, atque amor, nequaque illum fineret ad tumorem ventris respicere.

XLIII. Rursus, inquit, nesciebat Josephus somnia futura post se aliquot seculis, de quibus nobis alias dilputandum erit. Deinde, quid tu queris, quod habes lignanter indicatum? Non tumorem ventris, qui potuit esse ex hydropsi, aut alia causa: sed tumorem utrius. Nam inuenta est cōsuspīz̄ ut est, uterum ferre. Et tu nullam hanc causam putas suspicioris? Nihil ille quidem viderat in ore, vultu, gestu Virginis, non sanctum, non pudicum, non venerandum: sed videbat utrum tumidum: comprehendebat, inquit, esse prægnantem: neque ex se. Nesciebat à Spiritu Sancto. Et nulla hæc erat suspicionis occasio? Imo ranta, ut nullo ore, vultu, gestu, possit refelli. Itaque Angelo opus fuit, qui discuteret: cum ratio ordinaria nulla esset.

XLIV. Quinta ratio. Si cum esset iustus, comperto scelere à turgido ventre, voluit eam dimittere, & nolebat traducere: Quæ iustitia est ista, quæ iudicat re non comperta, & explorata: sed ex coniectura facile expugnabilis? Quæ hæc iustitia, quæ antequam expoitulet, damnat? Imo etiam quod damnat, non puni, nec puniri vult? Imo impunem cerret dimittendam sacrificare.

XLV. Imo, tu in consilite peccas Sophista: qui semper ventrem turgidum in ore habes, quem nullus nominavit Euangelista: remoues semper, compertam in utero habere. Brugenſis, In utero habens, subaudi factum, cōsuspīz̄ ζυζα, Greca phrasis, pro reperita est uterum ferre. Jansenius, In utero habere, Græco more est grauidam esse, & concepisse. Sensus ergo est: Reperta est, esse grauida, & concepisse. Quemadmodum enim Latinis elegans est gestare uterum, pro grauidam esse: ita & Græcus habere in utero. Maldonatus, In utero habet, Pregnans, grauida, uterum gerens. Illa enim est Græca: hec Latina est phrasis. Quid motor amplius? Ipse se audiat Salmero tractatu 29. Erasmus non tam fideliter vertit, deprehensa est grauida de Spiritu Sancto. Sed præstat verba Spiritu Sancto diuante conscripta habere, quia significantissima sunt: & familiare est Græcis medicina scriptoribus, præsentim Hippocrati, ut in forma loquendi, in utero habere, pro eo quod si grauidam esse, siue gestare uterum. Brugenſis denique iterum, Volebat secum ipse animo suo, nunquam se eiusmodi competrisse Virginis mores, in quos caderet adulterii suspicio: sed vincet at probitatis opinionem in dubitate conceptus indicia. Quid tu mihi nunc obiūcis, vtris tumorē, eleuāde rei causa? Quid tu in ambigo ludis, ut eludas conceptus suspicionem?

XLVI. Sed quænam hæc iustitia fuit? Nulla, inquit. Neque vñquam Euangelista dictum, eo iustum fuisse, quod Mariam suspicaretur ex adulterio prægnantem. Absit blasphemia. Sed quod quam suspectam haberet, nollet, aut traducere, aut retinere. Ex Ruperto auditum, Reuera hoc erat iusti hominis, nec tantum iusti, verum etiam pii, quod hinc timebat consentire peccatis alienis, & inde abhorrebant uti permisso, vel saceritate legis. Jansenius ita habet, Intelligentum explicari causam, quare traducere eam noluerit: nempe quia in se erat: ut sit sensus. Cum esset iustus, hoc est, bonus, & ob id nollet eam traducere, hoc est, infamare, & in publicum proferre. Jam vero quis neget etiam iustissim⁹ viris ex hypothesi falsa, sed quæ pro vera habeatur, frequentes esse consequentias secundum iustitiam? Alioquin quis iudicet absoluatam damnantem reum coniunctū testimonis falsis? Genesios 20, cicitur, etiam teste Deo, Abimelec accepisse Sarā in uxori in perfectione cordis sui, sive, ut in Editione Vulgara, simplici corde: cum tamé Abrahām uxori esset. Exclama, Salmero, quenam hæc sive perfectio, sive simplicitas cordis? duce re alienam uxorem? Insanos clamores modesta responsio competet: non in eo simplicitatem esse cordis, quod alienam uxorem duceret: sed quod alienam esse ignorans duci posse concluderet. Eadem ratio hic Josephi.

XLVII. Instat. Prodigiosa est, & importuna pietas, quæ contra prudentiam in militare, arque iustitiam. Ita est, inquit. Sed quid appellas, cōtra prudentiam, iustitiamque militare? An ita, ut effectus sit rapere non iustum? Ergo prodigiosa, monstraliaque sunt simplicitas Abimelechi: qui, quicquid prætenderet, tamen iniuste ducebant alienam uxorem: vnde a Deo tam securus minis correptus. Sin autem neges. Abimelechum militasse contra simplicitatem, quid habes quo in Josephum magis declamas? Justitia est in humana mente, ut positio criminis, concludatur aliqua eius pena. Crimen ignorare, non est contra iustitiam, aut prudentiam militare: sed infinitatem testari humani iudicii, cui nō possunt semper omnia esse cognita.

XLVIII. Atqui, si constabat crimen, non erat iustitia dimittere, sed illi quodammodo consentire. Imo falsum sumis. Nam Christus aliter docuit, licet uxorem dimittere propter fornicationem. Vnde facilis cōclusio, fuisse quoddam adulterii supplicium dimissionem. Cur non ergo iustum? Et fortasse ita distinguendum, ut priuatum supplici fuerit, atque in potestate cuiusque mariti: cum lapidatio magistris esset, & publica. Eoque pertinere illud λαθα, ut non opponatur clancularia dimissio, publica: sed τὸ πλάνων, τὸ ἀρχεῖον, ut vitium que sit pena adulterii, sed hæc publica, illa priuata. Jansenius, Notandum in Veteri lege non fuisse præceptum, quemadmodum videtur putare Theophilactus, maritis adulteras uxores traducere, sed permisum.

XLIX. Pergit Sophista. Cum Euangelista affirmet Joseph fuisse iustum, atque ob id Mariam non traduxisse, innuit quod de calumnia uxoris non dubitauerit. Imo hæc corruptio est. Non enim dixit Marthae noluisse traducere, quia iustum esset: verū animi in Josepho geminū morum indicauit, quod iustum esset, & quod nollet traducere: sic enim verba sonat, Ioseph autem vir eius, cum esset iustum, & nollet eam traducere, videlicet ut priore defigaretur oīū adulterii, altero amor coniugis, vñde inclinatio in mitiore partem, ut neque retineretur propter oīū adulterii, neq; traduceretur propter amorem. Sic Interpretis Brugenſis, Nolebat consanguineam suam, honestis parentibus, & sui amantibus ortam, in exemplum flattare ignominia familiaris: quippe occulit adhuc erat, & puer ob virtutem, quibus fulgebat, insignia, miseratione digna si forte lupa fuisse. Post, Dimittere, quia iustum erat, occulte, quia traducere nollet dimittere, ut conscientia sua fieri faceret: occulit, ut uxoris famam consideraret: dimicere, donec, ne a adulteram fouens criminis particeps fieret, & adulterini partus stulte patiens, obsequitor, occulit, ne in progenie suam crudelis, & in puella, moribus hæc et ipsa inculpatissim⁹ proestate ac sexu, fragilitatem, durus esset. Barradius, Premisit Euangelista Joseph fuisse iustum: quoniam propter eam voluit uxorem dimittere, quod esset iustum: nollet enim cum

KKK 2 ea, quam

ea, quam crimen commisso arbitrabatur, habitare vir optimus, & ab omni crimen abhorrens.

L. Sexta ratio. Impie, ac sine villa misericordia ageret, dimittendo vxorem abique libello repudi, contra legis mandatum, in quo si causam exponeret, vt lege tenebatur: & coram testibus, vt mos erat, ne confitetur liber posset existimari: quomodo verum est, eum ipsum noluisse traducere, & publicare? Si causam tacebat, quomodo non semetipsum traducendum exponebat, qui sine causa, & propria temeritate adolescentulam, de ipso grauidam existimatam, repudiasset?

L1. Respondeo, non cogitasse Josephum dimittere absque libello, quem dari iubebat lex. Sed in eo causam exponi nulla lex iubebat: nullus ferebat vsus. Vide exemplum repudii apud Fagium annotationibus in Targum Deuteronomii c. 24. & apud Munsterum in idem caput. Itaque nulla erat traductio, ne si quidem mille testes fuissent adhibiti: quanquam ne horum quidem villa mentio aut in lege, aut in exemplis. Non tenebatur ergo causam addere: atque inde ratio consilii fuit: quia non publicaretur crimen, neque Maria diffamaretur.

L2. Sed ipse scipsum traduxisset? Quomodo, inquam? Si ita moris esset? Nisi forte omnes se ipsos amabant traducere. Sed si sine causa, & propria temeritate repudiasset. Ita est sane, hoc inquam modo scipsum traduxisset. Verum, & Sophista, que tam impudechter mutas terminos? Nisi forte, quicunque causam nullam exprimit, idem nullam causam habet. Sed importuni sunt potius Jesuitae, & contra sensum communem crebro peccare soliti.

L3. Septima ratio. Non poterat Joseph iure facere, vt B. Virgo lapidibus petita interret: quod tamen contendunt, qui oppositum sentiunt: quia nesciretur an ante matrimonium fuisse grauida, an vero post. Nam lex folium loquitur, quando puella in dono paterna flagitium admisisset. Nec testes producere potuisset, vt probaret, quod eam ipse non cognouisset, illa hoc negante: ipsa sua virginitatis signa potuisset ostendere, quibus probaret se a nullo homine cognitam fuisse. Etsi ergo accusare ei minime licet, habebat tamen potestatem adducendi ad Sacerdotem pro sacrificio Zelotypiae: quanquam ex praecerto id facere nequaquam cogereatur: & satis erat dare libellum repudii.

L4. Respondeo Zelotypiae sacrificio nullum locum fuisse, vbi de vetero constaret, instituto potius ad probationem rei incertae, & vt loquitur Moses abscondita ab oculis viri. Ast hic erant indubitate conceptus indicia, vt loqueretur Brugensis: & norat Joseph sibi nihil rei cum ea fuisse. Et vero lex nullum tale sacrificium instituit in despontaram: cum comperta fuerit non virgo. Itaque hoc non nisi ad φιλοσοφίαν pertinet.

L5. Sed non poterat iure lapidibus occidi. Quid tum, inquam? At poterat οὐδεὶς μανίζεται. Et est quidem verum, quicunque lapidibus obruatur iuli magistratus, eundem οὐδεὶς μανίζεται. Sed non reciprocere. Nam Maldonatus interpretatur ignominiose accusare. En ne hoc quidem poterat? Sed lapidari potius volunt, qui in eam partem eunt. Omnes ne? Nam si quidam, quid tum? Quanquam omnes etiam potuerint, ex prescripto legis admodum sevère, secundum quam iudicium, futurum plus quam conjectura erat.

L6. Atqui lex loquitur de puella, quæ in domo paterna flagitium admisisset. Ita est, inquam: sed dominus paterna non significat locum aliquem designatum, vt si quæ in agro idem flagitium admisisset, non tencetur rea, aut in vicini domo, si quando domum vicini frequentasset. Significat potius conditionem: nempe quādū non mutasse familiam: ac proinde nondum in familiam mariti transisset. Atqui hoc concurrebat in Mariam. Nam despontata ante nuptias manebat apud patrem: itaque nullo modo reatum effugitura.

L7. Non potuisset testes producere Josephus à se non fuisse cognitam. Esto sane. Quæ tum lex iussit? Sed res tamen ita habebat. Tum autem, quid testibus opus? Nam virgo ipsa fuisse confessa. An tu dubitas, Sophista, qui tantam pietatem toties exaggeras?

L8. Signa virginitatis potuisset ostendere? Ita esto, inquam: sed quæ in lege nulla sunt. Nam Deuteronomii 22. longe alia nominantur: quæ obsecricem magis, quam Theologum deceat inquirere. Vno verbo tamen signa virginitatis non quæ inesset tum cum accusaretur: nam quomodo? cum supponatur vir ingressus? Sed quæ fuisse tum cum primum cognosceretur. At huiusmodi nulla poterat proferre Virgo Maria. Deinde, quid si ne admissa quidem foret ad proferenda? Nam quis admisisset, cui tum re, tum confessione conceptus esset certus? Requidem, propter vterum: sed & confessione: quis enim dubitat confessuram fuisse Mariam, statim atque interrogatam? Scimus enim non eruditam & quicunque rationibus Jesuiticis, vt aperire se grauidam negans occulte subaudiret, Ex adulterio. Nisi forte etiam tunc vulgo dicas distinctionem inualuisse, vt quæ non à viro conceperisset, alias ab adultero, alias a Spiritu Sancto: quod tamen ipsa Virgo ignorabat: vt edoceri oportuerit ab Angelo interrogato.

L9. Octava ratio Angelus dixit, *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*: at non dixit, *Noli suspicari*. Quod profecto dixisset, si animo in adulterii suspicio aliqua insedisset. Ergo timore reuerentiae plenus, non autem adulterii suspicio causa erat vxorem non accipiendo suam.

L10. Vix altius sterrere Sophista potuit. Dixisset, ait, *Noli suspicari*. Cur hoc potius, quam illud? Quis iussit? Aut si nemo prior, quis est Salmero, qui tam nouus, tam nouas leges condat: & quidem valere velit in antecelum? Atqui non est infrequens mederi consequentiæ, & distincte rationem reddere inconsequentiæ. Matthæi 14. *Eo viso super mare ambulante discipuli turbati sunt, dicentes, pœtrum est: & pre metu clamaverunt*. Hic Jesus statim, *Confidite: Ego sum, Nolite timere*. Debuit dicere, Salmerone consulente, *Nolite suspicari me non esse*: nam hæc causa timoris erat. Sed non si socius Christi dici Salmero, èt magister potuit. Josephi argumentatio erat, *Maria concepit ex adulterio*. Ergo mihi non est admittenda in vxorem. Soluit Angelus, *Noli timere accipere*: id est, nego consequens, tum rationem subiicit, quia non ex adulterio.

L11. Nona ratio. Sciebant Judæi vaticinia de Virgine Messiam paritura brevifore complenda: ergo & Joseph nouerat, cum esset filius David, & fidelis nontantum carne, sed multo magis fide ac spiritu.

L12. Fotte, inquam, nōrānt Judæi: sed pauci tamen, si nōrānt. Nam cur Simeoni opus fuisset nuntiari diuinus à Sp̄itu Sancto, Lucæ 2. ipsum non visum mortem, priusquam vidisset Christum Domini? Sed esto tamē. At nōnēni erat cognitum hanc ad se prophetiam spectare, vt domus nōrānt eretur Messias. Longe paucioribus, vt ex Virgine nascetur. Nam etiā p̄adixisset Propheta, tamen non æque intellectu facile erat: & absque controversia. Denique ne ipse quidem Salmero auctor consequentiam texere: & nudum antecedens profari, purauit suo pudori consultius.

L13. Decima ratio. Non repugnabat vlo modo æquitati habere cum vxore adultera: modo id fieret ad corrigendum errantem, eamque à scelere ad meliorem frugem reuocandam. Et nulla lex sacra (vt existimat Augustinus sermone 26. de Verbis Domini) cogebat virum ad deferendam coniugis impudicitiam.

L14. Quorsum hæc? Non cogebatur à lege. Ergo ne non potuit? Quis dixit? Aut quid mirum si libertatis datae optione voluerit vt Josephus? Cum maxime viris, quanto sunt iustiores, tanto soleat maiori odio peccatum esse? Non erat sane peccatum non admittere vxorem adulteram: sed neque peccatum fuit dimittere. Itaque utrumque potuit Josephus. Cur ergo in alterum duntaxat propendat Jesuita? Nulla lex sacra cogebat deferre. Ita sane. Nam alioquin non potuisset non deferre Josephus, quod tamen dicitur noluisse. Sed ergo, quæ non deferebatur, non propterea non erat suspecta, vt hæc, aut coniuncta, vt fortasse alia nonnullæ. Solemne est, *Quos indulgentia liberat, notat*.

L15. Undecima ratio. Non videtur verisimile, quod si Joseph ignorasset mysterium incarnationis, Maria Virgo, etiam non quærita, ei non patescisset. Tum quia sponsa secreta sua cum sponso communicate debet, maxime vt vitæ omnem Zelotypiam, atque suspicionem: tum quia Elizabethæ à se visitata mysterium omne apertis verbis explicauerat, cui tamen minus debebat, quam proprio sponso: tum quia virgo non patasset Joseph fore incredulum.

L16. Respondeo, primo non esse rationem certam, sed leuem conjecturam. Nam quicquid est verisimile: imo quicquid videtur verisimile, non statim verum est. Imo quod non certo verum est, non debet opponi manifestis Euangelistæ verbis: & quidem eiusmodi Euangelistæ, de cuius sinceritate, ac veritate non sit dubitandi locus. Non certe magis quam dicentes compertam esse vterum gerere, opposueris non fieri verisimile, quoniam nulla virgo gerat vterum: aut simile aliud.

L17. Deinde concedo si fuerit interrogata, verisimile esse non negasse responsum. Sed interrogatam, hoc vero nemo assertur eorū à quibus aut habemus, aut habere possumus hanc historiam. Quid mihi nunc post secula diuinare sobrii potuit Jesuita? Maxime cum ab ipsa narratione habeamus certum argumentum. Nam si iognauisse, Maria exposuit sine dubio. Si hæc exposuit, ille mysterium sciuit. Si s. i. neque timuit: neque opus habuit reuelante Angelo, quod utrumque est contra fidem historiz. Nam Barradius, *Euangelista affirmsat Iosephum, quia vir iustus erat, noluisse virginem traducere, id est, infamia nota afficeret, sed voluisse tantummodo dimittere*. Ergo suspicatur conceptus illum non laude esse, sed ignominia digna.

L18. Sed cur non reculauit Maria? Quali nos oporteat omnes omnium causas non ignorare. Et tamen tuos audi, Jansenium, *Non conueniebat, vt à virgine doceretur*. Illa enim cum sciret sibi non habendam à mari to fidem, negotium totum Deo commisit, nihil dubitans ab illo maritum edocendum, à quo cognatam Elizabeth edocetam esse iam experita fuerat. Audi Barradium, *Cur Virgo Iosephum celestis conceptus certiori non fecit? Respondeo, quia se honoremque suum Deo magna cura futurum sciebat*. Maldonatus, *Mirum etiam videri potest, cur sanctissima Virgo, quid sibi Angelus de Christo concipiendo nuntiasset, sponso suo non dixerit, vt & se infamia periculo, & illum sinistra suspicione liberaret*. Verisimiliter etiam ad hoc idem Chrysostomus respondit Iosephum maritum de spōse castitate sollicitum, virginis quamvis sancta pro se loquenti non fuisse creditur. Et vero quis maritus, nisi à Deo monitus, credidisset?

L19. Quanquam ego sane malim tacere, atque ignorationem confiteri: Vel potius acquiescere diuinæ prouidentiæ, quæ omnia singulaque momenta metitur per omnes circumstantias: Itaque placet hoc Maldonati in hac ipsa re, *Divina est prouidentia, quæ & rotare unum permitti hominem, vt multis ex eius morbo medicinam faciat*. Ea fuit qua Petrum, & Thomam permisit circa fidem cadere, ne nos caderemus. Ea expectauit donec Ioseph de Maria virginitate dubitaret, ne ipsi dubitaremus.

L20. Duodecima ratio. Ad eo sollicitus fuit de Maria pudore & pudicitia Dominus, vt Joseph ab Angelo non fuerit reprehensus: quemadmodum Thomas Apostoli dubius de resurrectione reprehenditur, cui dictum est à Domino, *Noli esse incredulus, sed fidelis*. Et vt Abraham de risu in Sara reprehensus, & Apostoli de tarditate fidei, in resurrectione Domini increpati, *Quia tu, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt*. Josepho enim Angelus non dixit, *Noli esse incredulus*.

L21. Non capio vim argumenti. Nam si quid bene iudico, videbatus increpatio potius fuisse necessaria testandæ huic sollicitudini. Sed enim res est facilis. Non dixit Angelus, *Noli esse incredulus*. Ergo Angelus non reprehendit Iosephum. Vnde hæc consequentia est? Quasi nemo possit alio modo reprehendi. Imo dico reprehensum iis verbis, *Ne timeto accipere vxorem tuam*. Nam eo significatum fuit, haud bonum, iustumne fuisse consilium dimittendi. Illud autem, *Noli esse incredulus*: non omnibus competit, qui non credunt: sed iis qui admoniti non assentientur. Sic Thomas qui audierat Dominum apparuisse, fuit incredulus: sic Apostoli. Sed & sic Sara. Atqui Iosepho nemo id arcani manifestum fecerat.

L22. Postrema ratio. Prima sententia facit iniuriam Virginis, quod tali ab sposo adultera existimetur. Cedit etiam in dedecus Josephi viri iusti, & prudentis. Et in ignominiam Christi: cuius gloria est habere matrem gloriosam, & patrem putatiū pium, prudentē, gloriosum. Secunda v. sententia, nō peruenit ad meditandā in sposo tam profundam humilitatem. Quare cū hæc opinio ceteris prestare videatur, p̄culdubio anteferenda est.

L23. Respondeo, primo nullam contumeliam fieri sponso: cum eius infirmitates sunt & statæ. Neq; enim Petri abnegatio tam serio narrata ab Euangelista, cedit in eius ignominiam: sed in gloriâ gratiæ in eum collate. Profecto n. sancti non sunt in Deo *απαγένθεται* transformâdi. Falsum est quoque

quoque quicquam esse contumeliz in Christum. Neque enim verum ei ius glotiam a matre aut patre putatio pendere. Alioquin multo magis le- queretur utrumque nunquam fuisse peccatorem: quod est absurdum. De Mariæ respondeo, sine dubio factam esse iniuriam sanctissimæ Virgini: sed non propter ea falsam esse sententiam. Porro autem ynius hominculi per imprudentiam suspicantis opinionem nihil derogare vero Mariæ honori, iniuriam ei factam non negauerit. Sed nego ab iniuriis externis pende- re verum honorem: qui piis solidus est apud Deum: qui autem apud ho- mines tantum obiter. De Christo ipso Apostoli & pii, & non prolus pru- dentia vacui, non nihil sunt sinistri suspicati, Lucæ 24. Sperabamus, illum esse qui redempturus esset Israhel: quasi dicerent, nunc dubitamus. Et tamen hæc nulla fuit Christi ignominia. Cur ergo Virgini? Sed Jesuitæ cum telis deficiuntur pugnant peniculo aut stramine.

C A P . V I .

*De Coniunctis in Simeonem, Annam, Centurionem, Martham, Magdalenum,
denique Beatam Virginem.*

I. Dicitur nos plusquam Josephi historia. Persequamur reliquos. Si meonem queritur Feuardentius dici plebeium, & obscuræ fama: nullo nec diuitiarum, nec dignitatis, nec officii nomine clarum: in oculis homiaum delirare, & mentis inopem visum: nullo denique honore publico excusisse. Contra enim prophetam fuisse, imo Sacerdotem.

II. Sed hic impetus non est diuersus ab aliis. Caluinus cerre de huius piissimi viri conditione nihil in alterutram partem definitur, *Qualis fuerit eius conditio, inquit, non legimus: & fieri potest, ut fuerit plebeius quispiam homo. & obscurus fama.* Magnum vero con uitum, & dignum cucullione irato. Sed qui magis probrofia fuerit Simeoni conditio plebeia, & obscura, quam Apostolis, videre ego quidem non possum. Certe nullo eum loco Scriptura discripsit altior em famosior em ve quo cunque ex ultima plebe: qua tam alii non tolet suos titulos detrahere. Certe Sacerdotem fuisse Janse nius & Maldonatus pronuntiant nullo argumen to esse à nonnullis assertum. At Judæi tradunt fuisse discipulum Hillelis, & quidem nobilem fuisse etiam de genere Aaronico. Intelligo: sed non idem Scriptura tradit: itaque tam facile reiicitur, quam admittitur. Non semper mentiuntur Judæi: admitto. Sed ne semper quidem veraces sunt. Itaque non absurde Caluinus rem in medio reliquit.

III. Nec Bucerus magis hæc videtur huic coniectræ, Puerum in templum oblatum nondum Sacerdotes agnoscent, nondam Pontifices salutant, nondum reges honorant: sed senex qui ipsam, nomine Simeon, cuius Hierosolymitanus, nullo nec diuiciarum, nec dignitatis, nec officii nomine clarus, ad salutandum, & complectendum puerum accurrit, qui fortassis in oculis hominum diligere & mentis sua inops visus est: At qualis qualis hominum iudicio habitus sit, certe Scriptura magnis laudibus eum ornat. Quid non pie Bucerus: & iuxta Christum ipsum negantem se reuelatum esse magnis & sapientibus, sed parvulis? Ne: ramen est, quod opponat prophetiam. Enim vero, & Calvinus, & Bucerus haud aliter de eo censem, quam fuisse prophetam: atque ita interpretantur illud, *Spiritus Sanctus erat super eum*: itaque non debuit sibi iste Monachus ineptire, id probans, quod non est dubium. Sed debuit probare Simeonem agnatum à Judæis prophetam: & propterea in honore fuisse: id si non facit, nugas agit: quanquam non hic tantum.

IV. De Anna leuiculum est, quod Moinus rodit, Dei cultum non proprie reposuisse in ictinio: imo retulisse potius ad lugendam, quæ tunc erat Ecclesia, calamitatem. Nam hoc quicquid est: non ullum probrum est quo laudatur nomen Annæ, sed est controuersia suo loco tractanda, denatura, vsu, ac fine ieiunii. Quid autem peccat Caluinus, si qui verus est ieiunii usus, eum Annæ sanctæ fecimæ tribuit? Nimirum ægre ferunt Monachi, non omnes detineri in crassa superstitione. Non igitur Annæ nomini consulunt, sed sua duxi, ut mollissime dicam, palpuim querunt.

V. Centurionem ægre fert, spoliari omnivera fide, & reuerentia erga Dominum. Sed nos miramur contra tantum impudentia fuisse sub cucullo. Nam qui locum leget in Commentariis super cap. 8. Matthæi, videbit à Caluino hunc Centurionem à piæter serio laudari; & proponi imitandum. Quid ergo? Quæstionem mouet, quæ factum fuerit ut de Christo tam magnifice senserit: hoc est, cognitum-ne Christum habuerit, an minus cognitum, tanquam vere Dei Filium. Hanc quæstionem tractat in vtramque partem. Et primo affirmatiue, *Nisi Christum agnouisset Dei Filium supersticio fuisse Dei gloriam ad hominem transferre: scilicet illud, Diuina verba: & sanabitur.* Non fuisse autem Superstitionem, postea docet: quia Christus errori non imputet eius verba, sed ex fide profecta esse testetur. Deinde negatiue, *Atqui vix credibile est de Christi diuinitate, qua adhuc fere omnibus ignota erat, rite fuisse edoctum.* Hæc cum in vtramque partem dicta sunt: tum, *Probabilius est, inquit, pium hunc virum, cum de rarissimis ac plane diuinis Christi operibus certior factus esset, simpliciter Dei potentiam in ipso apprehendisse.* Aliiquid etiam haud dubie de promissio Redemptore audierat. Licet ergo nondum distinctione intelligat Christum esse Deum manifestatum in carne, sic tandem persuasus est in eo manifestari Dei virtutem, illaque impositum hoc fuisse, ut Dei presentiam miraculis demonstraret. Et qui sic de Centurione loquitur, sponset eum vera fide, & reuerentia erga Dominum? Imo vident se loquati, diffin-gui cognitionis gradus, quam quousquisque est, qui uno momento perfectam habuerit? Imo quis credateum virum, qui non esset inter Christi discipulos, tam bene edoctum fuisse fidem Christianam, quam ipsos Apo-
ostolos. In quo dicens Sæbastia est non iniuriosus Caluinus.

V. In *Martha* paulo plus habet coloris: reuera enim notat Caluinus quod in faragendo modum excederet: quod seipsum distrahens, & super fluis laboribus occupans, inutilem sibi recederet Christi aduentum: quo in turbulentis operibus sibi placens, pluri descendit studium in sorore contemneret: quod vitiosa esset eius hospititas, quia omitteret, quod era precipuum: sed haec si Caluinus obseruit as iniuriosus fuit, nemo excusat.

in narrantem

prudentem. Appendamus singula. Excessit modum in satagendo: Ni-
mitrum & cetero & sic vobis Agorai, dilatabatur circa frequens ministerium. Id Christus sic expressit, τυρβεῖν & τολμα, turbaris circa multa. Non
erat illud modum excedere? Scilicet ita Christus esset loquatus de hon-
esta modestaque sui excipiendi cura? At non ita alias: qui etiam reprehendit,
quod sibi non essent loti pedes. Sed hoc ipso turbulentio affectu, disce-
debat a Christi sermonibus: & idcirco inutilem sibi redditisse Christi il-
lum aduentum Caluinus dixit. Qui enim magistri verba docentis non at-
tendit, qui potest dici non efficere sibi inutilem magistri operam? Itaque
Christus admonuit, ynum illud esse necessarium: insinuans debere huic
potius vacare.

VII. De contemptu sororis, quid necesse est dicere? Ipsa enim cōqueritur apud Dominum, *Domine, non est tibi cura, quod soror mea reliquit me sola ministrem*? Dic ergo ut mibi vicissim optulerit. Atque hæc ipsa docent quartum, vitiōsam fuisse hospitalitatem, id est, non ipsam quidem per se damnandam, sed quibusdam vitiis quasi deturpatam, nimirum & nimia illa affectatione, & negligentia potioris officii: & sororis contemptu. Itaque nihil Caluinus non recte.

VII. At idem candem alibi notat conatam esse impedire, quominus Dominus Lazarū à mortuis suscitaret. At hæc calunnia est. Jubebat Christus amoueri lapidem comparans se ad Lazarum suscitandum. Illa disuadebat, quod quatriduanum cadauer fœteret. Hic Caluinns, *Non stetit per Martham, quin frater perpetuo iaceret in sepulcro: quia spem vitæ eius sibi præcidens, viam simul ad eum suscitandum obstruere Christo nititur, & tamen nihil minus habebat in animo.* Nō ergo accusat Caluinus, tanquam conantem impedire Christum: quomodo enim conantem, quæ nihil minus habret in animo? Sed solenne est calumniatoribus, particulam orationis auelere à textu, ut obnoxiam reddant canino denti.

I. At Martham amabat Christus. Fateor: quid tum autem? Ergo non esset passus eam coram se tot pudendis vitiis circumueniri. Quasi non amaret Petrum: aut non sit passus eum circumueniri pudendo abnegationis vitiis. Quanquam pudenda vita cur nominantur? Si tanquam perpetuo epitheto, quomodo omne vitium etiam levissimum pudendum est; potest fieri; sed qui hoc sensu absurdum putet eos quos Christus amat, incidere in illa pudenda vita, quam male conscius est humanae infirmitatis. Sin autem per indignationem dictum, quid haber, quo euincat magis hos errores pudendos, quam infinitos alios?

X. Joannis 12. dicitur Martha, ministrasse: quod ei non vituperio, sed g'oriz deputatur. Ita esto sane. Sed eodem loco non dicitur distracta fuisse, aut turbata circa multa. Neque hoc loco Christus reprehendit eius ministerium: ac ne Caluinus quidem: sed distractionem, turbationemque itaque loci non sunt similes. At matrona sedula laudatur à Salomone: & à Paulo iubetur habere curam domus. Ita sane, inquam: nec vero ob sedulitatem, aut curam domus Martha reprehenditur: sed ob intempestivam sedulitatem, nimiamque curam: Μίχει γδ̄ τότε ή φιλαξία πρυπία, υπέχοντας εἰς σύλλογον, καὶ ἀπαγάγει τὸν αὐγκαμοτέραν, Hactenus laudanda hospitalitas: quatenus non abducit nos, aut auerit à rebus magis necessariis. Autrum erat quiddam huiusmodi: nempe auditio verborum Christi, à qua Martham abducebat hæc sedulitas.

XI. Joannis 20 Maria Magdalene describitur stetisse ad monumentum plorans: id Caluinus cum dixit, verisimiliter idem factum ab aliis anno lat, Iam quod discipulis in urbem redeuntibus, manent ad sepulcrum mulieres non est quod magno errore pra illis laudentur: consolationem enim & gaudium illum secum referunt, ha vero in fletu inani & superuacuo se occupant: denique solitas superstitione cum affectu carnali ad sepulcrum detinet. Monum male habet, & illud de inani superuacuo que fletu: Et hoc de superstitione, & affectu carnali (inquit) & Euangelium & Chrysostomus ostendunt, Magdalena nam à Deo lacrymis imperatiss, quicquid postulauerit: Imo utrumque falsum Euangelium certe tacet. Chrysostomus, quod imperavit Martha, assignat non lachrymis, sed studio. των τεων πρωτης μιδοντας; Multi huius studii mercedem reportauit. Cuius autem studii est quo ad leniendum dolorem, & inclinaverit le, & voluerit locum videre.

XII. Porro Calvinius inutiles lacrymas dicebat, quæ nulli tum temporis vñsi essent, ad eum redipiscendum, quem amissum putabant. De superstitione autem & affectu carnali, quid habet quod dicat? Nimirum illa charitas & dilectio, qua Filium Dei persequebantur, triste desiderium obademptum, constans fiducia eius breui videndi rediuiui, iuxta promissiones, quarum exspectatio eas detinebat iuxta sepulcrum, non merentur vocari supersticio & affectus carnalis. Imo increper te Deus Sathanas, qui tan-

XIII. De dilectione, de tristitia, Caluinus non cogitat, sed de affectu illo, quo detinebantur in sepulcro vnde discipuli Ixtri discesserant. De spiritu autem certa resurrectionis, impostura est. Contra Caluinus hoc etiam in eis reprehendit, quod tam probe & exacte doctae, tam male profecerant, nimirum ut nondum noscent Christo a mortuis resurgendum. Chrysostomus, εἰς Φίλιον πεποιητούς, τὸν τοῦ αὐτοῦ θεόπου τεφῶς ὑδελέγει.
Natura erat infirma: & de resurrectione nondum norat. Et rursus, τὸν ἡμέραν τὸ γλωσσον τὸ διάροια, οὐ διὰ τὸ σεβασμὸν τοῦδε ξεῖνος τὸν αὐτὸν Καρολονίκον, Non erat sublimus huius mulieris ingenium, ut ex sudariis resurrectionem coniectaret. En Monachi ingenium! Quod si non exspectabat resurrectionem: ergo frustra hærebat sepulcro, nec nisi affectu carnali: quod Caluinus volumen

XIV. Supereft Maria mater Domini, in quam reos facit quam maxime Lutheranos : qua de re ipsi viderint. Quæ ad nos pertinet, nostrosque ea mei sunt instituti. Hic vero longa disputatio de Controversia, utrum peccato sive originali, sive actuali fuerit obnoxia, sed pertinet ad tomum proximum, ubi Deo dante tractabitur.

XV. Prima calumnia nobis excutietur, de conditione Virginis: magno enim criminis imputat Monachus, verba Caluini, Non tam fuit in gloria, quam omnium ludibrio exposita: Pennosam & pauperculam respexit Dominus. Et contra disputat Abrahami, Davidisque lemen fuisse illustissimum nobilissimumque: unde manifeste colligi, virginem non fuisse conditionem, natalibus obscuram, gente plebeiam. Quasi vel per somnum in mente venerit Caluino, hanc Mariæ nobilitatem negare. Contra in capitulo

Ver. 1. *Lucæ*, *Virgo hac despensa erat viro nulla re nobilis iuxta mundi estimatio-*
rem, sed animi virtutibus Deo commendabili: arte fabro, cui nomen erat Ioseph, genitus ducenti à stirpe David, è qua genus traxerat sponsa.

XVI. *Hæc Caluinus de virginis nobilitate vera. Quibus quid habent oppositum pannosæ paupercule que tituli? Certe Chrysostomus in Mattheum homilia 8. *εἰναὶ ἡ παρθένος ἴππη τοῦ θεοῦ* εἶναι, *Νέκταρις γένος τοῦ θεοῦ*. Neque virgo ipsa erat nobilis. Et post, *εἰδούσης μήτρας Φάτνης καλύπτης*, *Nihil istud de sensibilibus istis grande conspicitur, sed angustum turgurium, ac vile præseptum, & inops (mendica) mater*. Homilia 24. in priorem ad Corinthios. Christus *εἰς φάτνην τεχθεῖς, μητρίας εἰπεντεκτόνης*, *Natus positus est in præsepi: & matrem accepit tenuem: sive tenuis conditionis*. Theodoretus Therapeuticon 8. *ταπεινὸν καρπὸν* appellavit. Et *κεράνης*, inquit Ety-
mologus *κεράνης τὸ idem κεραῖον, quod propriis manibus vi-*
gam quarat. Origenes in Leuiticum homilia 8. *Christus Iesus cum diues es-*
*set, factus est pauper: ideo ergo & matrem, de qua na/seretur, elegit pauperem.**

XVI. *Pannosum Caluinus, quod sciam, non dixit, sed dixit Bucerus, à quo Marloratus excerpit, exponens illud apud Matthæum, Respxit ad humiliatem ancilla sua, virginem inducit loquentem hoc modo. Duxi qui-
dam genus è progenie Davidis clarissimi: sed tanto miseror & calamitosor sum, quanto maiores mei celebriores fuerunt. Potuisse ipsi altiarum copia esse, qua
we nobilitate & opibus longe vincebant: verum nullam ex iis voluit, me pan-
nosum & pauperulum respexit. Non sim lanus, si pluribus coner hanc calu-
niuam purgare: quæ se se ut sores suo satis prodit indicio: maxime cum
ipse Sycophanta se ipsum iugulans subiicit ex Patribus, non esse nouum
aut inusitatum eos, qui opibus & honoribus claruerunt, ad inopiam & ab-
iectam conditionem deprimi: nec mirum videri cuiquam debere, si poste-
ritas edita genere & sanguine regali, tandem ad paucos, & iudicio mundi
despectos redigatur. Non esse autem id virtu vertendum Mariæ virgini,
diputet sane Euardentius contra Celson. At contra Caluinum, quo iu-
re: An quia ut latronum violentia in fyluis, sic in claustris Monachorum
regnat impudentia?*

XVIII. *Secundum Sycophantæ caput, ex i. Lucæ. Videtur (inquit Caluinus) non minus maligne restringere potentiam Dei, quam prius Zacharia. Nimirum, cum Angelo promittenti responderet, *Quomodo sicut istud, quoniam virum non cognosco?* ubi videtur opponere promissioni, rationem suam. Hac posita quæstione, geminam subiicit responsum. Prima est, *Nec vero magnopere laborandum est. ut eam purgemus ab omni vitio: cui hoc momentum inest, posse verum esse Mariam tunc temporis non tam con-
siderasse omnipotentiam Dei, quam oportuit. Quod si ponitur, ponen-
dum est peccasse. Et posse hanc sententiam verisimiliter defendi: Altera se-
quitur, quid quicquid est peccati, extenuatur: *Quanquam sciendum est,* non ita dubitare vel scicitar, ut sensibus suis Dei potentiam, vel subiictere, vel
equare velit, tantum subita admiratione percussa ad mouendam hanc quæstio-
nem rapitur. Hanc strenue dissimulat Sycophanta: nimirum totus calu-
niæ intentus.**

XIX. *Etsi autem commodior videtur Beza interpretatio, quæ Virgi-
nem dicit intellexisse iam olim ex prophetis, Messiam nasciturum ex virgi-
ne, ideoque quæ fuisse modum tanti mysterii: ut sensus sit, quandoqui-
dem certum est, Messiam, quem tu dicas ex me nasciturum, non concipi-
endum ex coniunctione viri & mulieris, quomodo id perageretur: Etsi inquit, verisimilior est hæc interpretatio: tamen in Caluino nihil est quod merito
damnet pietas, quæ humana imbecillitatè etiam in sanctis lecerint no-
vit à gratia Dei: & in omnibus vere agnoscit, quod in se Paulus, *Quod no-
lo malum, facio: non facio bonum quod volo. Secunda autem responsio, pro-
bat, quam fuerit proclive tanti viri ingenium, ad concipientias laudes Vir-
ginis, eamque purgandam à peccato, quantum fieri poterat: contra quam
persuasum volunt Sycophantæ.**

XX. *Cotonus Institutionis lib. 1. c. 8. instat contra. Primo ex Elizabe-
tha testimonio, *Beata quæ credidit: nam perficiuntur ea quæ dicta sunt ei à Do-
mino: Secundo ab autoritate Veterum. Cyrilum Catechesi 12. agnoscere
ea verba Mariæ ab admiratione prodisse, pra magnitudine ac nouitatem rei.
Ambrosium in 1. Lucæ negare, Virginem ullo modo dubitasse de effectu:
sed de qualitate quæ fuisse, & circumstantiis: quia legisset Elia 7. virginem
paritum: sed non quomodo. Augustinum quæstionem 19. in Numeros:
Modum quæ fuisse, non de virtute dubitasse. Et in homiliis 50. homilia 44.
inquirendo dixisse, non desperando. Theophylactum, non quasi dilecto-
denter, sed ut prudentem & intelligentem: ut disceret modum. Denique
Bezam, admittere eorum sententiam, qui Virginis verba admirationi tri-
buunt: vel simplici inquisitioni. Tertio etiam si nouitas magnitudoq; my-
sterii, in hæsitationem impulseret Virginem, non esse tamen peccati taxan-
dam. Ab exemplo. Quia teste Gregorio Nysseno, & Chrysostomo, Eliza-
betha & Zacharias, incredulitate peccarunt, quod habent exempla Sa-
ra, & Rachelis, & Annae virtusque. Virginem vero nullum.**

XXI. *Respondeo, Testatur Elizabetha Mariam credidisse. Nec negat Caluinus. Imo adeo Elizabethæ verba, *Felix Maria, quæ Dei promissionem
amplexa, sibi totique mundo salutem concepit, ac penerit. Quid ergo? Videli-
ter, non sequitur: Credidit: ergo nō est visa maligne restinguere potentiam**

*Dei. Nam primo, etiam fides sœpe in credentibus habet admixtum nescio quid dubitationis: unde Matei 9. *Credo, Domine, succurre incredulitati mea.* Et Lucæ 17. *Adauge nobis fidem.* Secundo: si credere intelligas non aliter, quam remota omni dubitatione: ex ipsa narratione appetit, tum denique Mariam plene acquiesce, cum Angelus eius dubitationi opposuit omnipotenciam. Luca 1. *Dixit Maria ad Angelum. Quomodo erit istud, quandoquidem virum non sum cognitura?* Respondit Angelus primo suorum ut ab Spiritu obumbraretur: secundo etiam Elizabetham conceperit: terro, nihil esse impossibile apud Deum. His auditis, illa acquiesces, *Ecce, inquit, ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.* Nihil ergo absurdum, si dicat Caluinus primo dubitasse Mariam: deinde credidisse.*

XXII. *Quid autem Cyrillus dicit, quod non Caluinus? εἴ τι μητέρη τοῦ Ιησοῦ Καρακαλλα, inquit ille. At iste, *Subita admiratione percussa, ad mouendam hanc questionem rapitur.* Negant dubitasse. Ambrosius de effectu, Augustinus de virtute: tantum quæfuisse de qualitate effectus. Et posunt ista ferri: ideoque à Beza probantur. Sed necessitatis nihil habent. Nam ipsa phrasis, eti possit commoda interpretatione molliri, tamen solet in illi esse, cum dubitamus, num quid possit fieri. Deuter. 7. *Quomodo potero deleere eam?* Et 18. *Quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est loquutus?* Prioris Samuels 16. *Quomodo uadim?* Ex 29. *Quomodo alter poterit placare Dominum suum?* Prioris Chronicorum 13. *Quomodo possum ad me introducere Arcam Dei?* Matthæi 12. *Quomodo stabit regnum eius?* Quomodo potest aliquis ingredi domum validi? Sexcenta sunt huiusmodi, si colligam. Quid autem Caluinus peccauit, si communem tritumque sensum retinuit? Quanquam non retinet. Non enim ipse exponit in eum sensum: ut neget rediisse posse fieri. Sed tantum, non valde pugnandum ea de re: sibi autem potius videti interrogationem natam ex admiratione.*

XXIII. *At non erat propterea peccati accusanda. Quis accusat autem?* Nam, eti neget Caluinus valde laborandum in excusanda, ab omni prouerso virtu, tamen eo potius inclinat, ut admirationi id, quicquid est, tribuat: quod Cotonus improbare non potuit. Tum vero, eti Virginei partus nullum haberet exemplum, habebat tamen omnipotentia, & dogma, & exempla plurima: quæ tum recoleret.

XXIV. *Tertium caput ex Matthæi 2. Quum Christo, intento sacre Concionis, nuntiantur, Mater & fratres ad fines stare, quæ rentes eum alioqui, ille respondit, *Quae est mater mea? Et qui sunt fratres mei?* Hic Caluinus notari docet importunitatem, quæ præpostere cursum doctrinæ abrumptere tentabat. Exclamat Monachus, mortalia peccata, & sanctissimæ Virginis infamacionem: & studium deterrendi pios ab honorandis donibus, quas in illam Deus effuderat: & quædam præterea quæ splendida bilis suggerit.*

XXV. *Quid ergo, inquam, meritus Chrysostomus, quid Theophylactus, qui longe acerbius & Virginem exagitant, & fratres? Quorum sententiae negat le Caluinus accedere, *Quod Ambrosius & Chrysostomus Mariam ambitionis insimulant, nihil habet coloris: quid enim hac divisione opus est, cum ubique summa eius pietas, & modestia, Spiritus testimonio com-
mendatur?* Et de Ambrosio quidem agnosoσ σφάλμα μνημονίο: cum apud eum nihil talis legerim. Sed Chrysostomi certe hæc sunt. Οὐ περι-
χεῖται, οὐ λογιζεται, οὐ στέλλεται γιαντερούσιον αὐτῷ δημοσίᾳ ὅπερει, &
αὐτερούσιον μηδε, εἰδούσιον αὐτῷ μήτρα Φατναζερέη. Μηδ εἰδούσιον
αὐτῷ ηγετεῖ. Quod aggrediebatur (nimirum ipsa mater Christi) ambitionis erat superflua. Voluti enim ostentare plebi, in sua se potestate, autoritateque ha-
bere filium, nihil dum de eo magni cogitans: propterea enim intempestine ac-
cedit. Et statim subiicit, Οὐ γάρ οὐδὲ αὐτοῖς οὐδὲ οὐδὲ πάνταις. Considera ig-
nitum illius, tum illorum impudentiam. Et paulo post, φιλοτυπιασθεντι-
ριποτος οὐδὲ διεταχεσσι, οὐ μηδεποτε αὐτῷ εἰπεντεστερούσιον, οὐτε
Οστεντας ambitionem superflua: quod magna cum autoritate ei imperarent. Hæc Chrysostomus: & alia in eam sententiam non pauca: quorum ne Theophylactum quidem puduit, Caluinus autem auersatus est.*

XXVI. *Enimvero constat dispuicuisse Christo aliiquid: non tantum quia non obtemperauit: sed etiam quia ea verba protulit, quæ non pos-
sunt non esse: οὐδὲ πάντα. Atque adeo Monachus non potest diffidet, qui
Mariam prouerso non à culpa tantum, sed etiam à cœtu eximit: fratres eam
fuisse cognatos Christi ex Josepho: hos non credidisse in Christum: & pra-
uo æstu ambitionis & avaritiae correptos, popularem auram aucupatos esse: de his intelligenda esse Euangelii verba. Quæ primum confessio est
peccati in hac interpellatione admissi. Itaque sola quæstio superest ad
quem ea pertinet interpellatio: nam cum peccati alicuius futurū reum
in confessio est. Et Euardentius quidem magna confidentia, solos cognatos ex Josepho peregit reos: quasi prætor, cognita causa, penitulatique
omnibus. Verum quanta monachi huius autoritas est, ut affirmant sim-
pliciter credamus? Imo Euangelista contra disertissime, *Cum adhuc lo-
retur turba, ecce mater, & fratres eius stabant foris, querentes eius colloquium.*
Itaque Chrysostomus diserte ipsam Virginem eadem accusatione complectitur. Et ante eum Tertullianus de
Carne Christi.*